Fratris Hieronymi Sauonarolæ Ferrariẽſis expoſitiones in pſalmos.

Qui regis iſrael.
Miſerere mei deus.
In te domine ſperaui. Item
Regulæ quedam fructuoſiſſimæ ad omnes religioſos attinentes.
Oratio: uel pſalmus. Diligam te domine.



Nouiſſime cum textuũ annotationibus omnia diligenter recognita.

¶ Oratio deuotiſſima ad virginem Mariam.

Unde preces in celis
Maria ſtella maris
Remoue cito peccata
Unde vota ſunt grata
Omniumq; prolata
Maria ſtella maris.
Adeo benedicta
Ab angelo iam dicta
In celis deſcripta
Maria ſtella maris
Alta vnda celorum
Et decus angelorum
Audi preces peccatoꝝ
Maria ſtella maris.
Tu tota es formoſa
Tu tota ſpecioſa
Tu tota gratioſa
Maria ſtella maris.
Tu es norma iuſtorum
Tutela peccatorum
Letitia ſanctorum
Maria ſtella maris.
Eya glorificata
Et cum chriſto locata
Sis noſtra aduocata
Maria ſtella maris.
Ut a morbo peſtilentie
Et ab omni prauo ſcelere
Nos defendat ſēp & hodie
Maria ſtella maris. Am̄.

¶ Oratio deuotiſſima contra peſtem.

¶ Ego ſum Martha hoſpita chriſti filij dei viui. Qui confidit in me: non morietur in eternum a morbo epidimie: quia data eſt mihi gratia a domino meo Jeſu Chriſto.

Cl. fris [illegible] Marie de Papia
ord. Pred. [illegible]

¶ Frater Hieronymus Sauonarola Ferrarienſis: ordinis predicatorum: ſeruus inutilis Jeſu chriſti: fratri. M. conſeruo ſuo ſalutem. Prefatio.

SAluet te dominus Jeſus fili chariſſime. Cum orare cupias pro eccleſia ſancta Dei: ac pro tua portiuncula eam: cum ceteris vere fidelibus: in hac noſtra infelici etate iuuari: ſciens orationem iuſtorum multum valere apud deum. (Reſpexit enim dominus in orationem humilium: et non ſpreuit preces eorum:) a me iuxta laudabile propoſitum tuum deuotam orationem expoſcis. Ego itaque cognoſcens Deum magis exaudire deſideria quam verba: cogitaui tibi orationem tradere: que hoc tuum ſanctum deſiderium quotidie magis: ac magis inflammare poſſit. Statimque: deo inſpirante: pſalmus. lxxix. occurrit: quo nihil propoſito noſtro magis conuenire poterat. Nunc ergo tibi expoſitum mittimus: non ea expoſitione: que ad plenam eius intelligentiam. ſed ea dumtaxat: que ad orantem pro preſenti eccleſia ſufficiat. Erit enim tibi pſalmus iſte hoc modo expoſitus: tanquam Spiritus ſancti te ad hec deſideria excitantis inſtrumentum: qui (vt dicit Apoſtolus) adiuuat infirmitatem noſtram: et poſtulat pro nobis: ideſt poſtulare nos facit gemitibus inenarrabilibus. Cum autem orabis: memor eſto etiam mei peccatoris. Vale.

¶ Incipit expoſitio fratris Hieronymi ſauonarole Ferrarienſis pſalmi. lxxix. (Qui regis iſrael.) per modū orationis. Et primo ſuper titulum. Titulus eſt.

In finem pro his : qui commutabuntur : pſalmus. Pro aſſyriis teſtimoniū Aſaph. Natura: que a deo in ſuo opere ſemper dirigitur & gubernatur: per ſe nunquam malum intendit: ſed ſolum per accidens: dum ſcilicet aliquod bonum: quod ſine corruptione fieri nequit: vult facere. Ignis enim per ſe non intendit comburere ligna: ſed formam ſuam in materiam lignorum introducere. Que cum introduci non poſſit ſine exuſtione lignorum: ipſam quoque lignorū exuſtionem & corruptionem per accidēs intendit. Ad ſimilitudinem igitur nature vir iuſtus nunquam malum per ſe intendit: ſed bonum. Uerum cum bonum ſine malo precedente non poteſt fieri: vt ipſū bonum non impediatur: deſiderat per accidens ipſum malum. Nam pater flagellat filium: non quia ei per ſe flagellum filij placeat: ſed per ipſum intendit filium a malo prohibere: & ad bonum inducere. Sic etiam deus pater flagellat omnem filium quem recipit: intēdens per ſe bonum eius non malū. Intentio ergo iuſti viri in hoc pſalmo eſt: bonum eccleſie apud deum procurare: idest cōuerſionem peccatorum & diffuſionem gratie ſpiritus ſancti abundantem in cordibus omnium chriſtianorum: & dilatationem fidei vſque ad terminos orbis terrarum. Uerum quia videt chriſtianum populum a recto itinere receſſiſſe & in tantum deuiaſſe: vt ad rectam viam ſine flagello redire non poſſit: ipſum flagellum hac intentione deſiderat: vt ad deum etiam vi redeat. Licet enim deus: cui nihil eſt impoſſibile: ſine flagello poſſet homines ad penitentiam conuertere: tamen non ſic facere conſueuit: quia omnia ſapienter agit. Bene ergo dicitur in titulo.

¶ In finem pro his: qui cōmutabuntur: pſalmus. Quia

pſalmus iſte: ⁊ oratio hec a nobis facienda eſt pro his: qui de vitijs ad virtutes: ⁊ de bono in melius commutabuntur: quos deus diriget in finem: ideſt in conſumationem virtutum: ⁊ tandem in vitam eternam. Quia autem per flagella hoc tandem euenire putamus: quod ſtulti nunq̄ꝫ credunt: bene ſequitur in titulo. Pro aſſyrijs teſtimoniū Aſaph. Nam Aſaph colligens: ſeu congregans. Aſſyrij vero dirigentes interpretantur. Quis eſt ergo Aſaph: niſi predicator: qui populos ⁊ electos dei huc illucqꝫ diſperſos colligit: ⁊ in vnam eccleſiam: in vnamqꝫ fidem: ⁊ charitatem congregat? Qui ſunt autem aſſyrij: iudeorūꝫ ⁊ populi iſrael ſemper inimici: niſi hi: qui flagellabunt populum dei: ⁊ flagellis ſuis dirigent eum in viam ſalutis eterne? Sicut enim flagello iumentum dirigimus: ⁊ ipſum flagellum propter hoc dirigens vulgariter non nunquam appellamus: ita inimici eccleſie dirigentes recte nominantur: quando per eorum perſecutiones deus dirigit electos ſuos in viam rectam. Quia ergo predicator fidelibus hoc notum facit: recte dicitur. Pro aſſyrijs teſtimonium Aſaph: ac ſi titulus iſte apertius dicat. Pſalmum iſtum: ⁊ orationem dicito pro his: qui a vitijs ad virtutes commutabuntur: videlicet: vt cito commutentur: ⁊ in conſumationem virtutum perducantur: ⁊ ora pro aſſyrijs: id eſt pro flagellantibus: ⁊ dirigentibus populum dei: vt cito veniant. De quibus Aſaph: id eſt predicator teſtimonium reddit: quia eccleſie ſunt neceſſarij: que dicit ⁊ clamat. (De neceſſitatibus meis erue me domine.) Eleuatis ergo oculis ſuis ad celum vir iuſtus huiuſcemodi verbis ad orandum inuitatus quaſi totum mundum collapſum deo repreſentatis cum lachrymis dicit. Pſalmus.lxxix.

QUi regis iſrael itēde.qui deducis
velut ouem Joſeph. Quia te do/
mine cognoſcimus per effectus
tunc dicimus:te rebus gubernan
dis eſſe intentum:quando eas ef/
ficaciter ad ſuos fines perducis:
quando vero eas a ſuo fine cadere
permittis:eis regendis te non eſ/
ſe intentum pꝛofitemur. Conſide
rans igitur ego vniuerſum mun/
dum ſpiritualiter periclitari:tum
quia maxima pars eius eſt in tenebꝛis infidelitatis:tum
quia populus fidelis eſt fere totus coꝛruptus : adeo vt
hodie verificetur illud in eo.(Omnes declinauerunt ſi/
mul inutiles facti ſunt. Non eſt qui faciat bonum : non
eſt vſqꝫ ad vnum). Ad te confugio non dubitans:ſed ſtu
pens:⁊ rogans:ne ſis ſicut homines:qui cuꝫ ſunt rebus:
que amant vehementer intenti:alijs minus dilectis mi/
nime vel parum intendunt. Tu ergo domine(qui regis
iſrael)ideſt te videntes in eterna vita:quibus gubernan
dis videris vehementer intentus. Iſrael enim interpꝛe/
tatur videns deum. Intende etiam in adiutoꝛium no/
ſtrum. In patria nāqꝫ celeſti:vbi beati vident te : ex mi/
rabili oꝛdine:⁊ gloꝛia ciuium eius apparet : ꝙ tu regis
iſrael:⁊ ꝙ eoꝛum gubernationi ſis vehementer intētus:
adeo vt noſtri videaris penitus oblitus:cum omnia no/
ſtra videantur confuſa. Rogamus ergo te:qui celum : ⁊
terram in trāquillitate gubernas:ne celeſtibus adeo in/
tendas:vt regimen eccleſie tue penitus relinquas. Inten
de ergo in adiutoꝛium noſtrum domine:qui regis iſrael:
intende inquam.

¶ Qui deducis velut ouem Joſeph.) Naꝫ Joſeph qui
interpꝛetatur augmentum : quid ſignificat:niſi populū

tuum fidelem:ꝛ deuotum:ſed paruulum : quem genui-
ſti in ſenectute tua:ideſt in hac vltima : ꝛ infelici noſtra
etate:qui a fratribus ſuis pſecutiones magnas patitur:
ꝛ ſomniatoꝛ nominatur? Hunc tu paulatim in tribula-
tionibus creſcentem deducis per ignem ꝛ aquam : ſicut
ouem manſuetam ad macellum:moꝛtificatam tota die:
vt per compedes : ꝛ carceres tranſeat ad regnum : ꝛ ad
paſcua viriditatis eterne. Qui ergo deducis velut oueꝫ
Joſeph:putaris ab incredulis:nullam de rebus noſtris
curam habere : ꝛ ideo intende in adiutoꝛium noſtrum:
vt obſtruatur os loquentium iniqua. Nos enim non pe
timus aurum:aut diuitias:vel huius ſeculi dignitates:
ſed lumen tuum deſideramus:te cognoſcere ardentiſſi-
me optamus.

¶ Qui ſedes ſuper cherubin:manifeſtare coꝛā effraim:
Beniamin:ꝛ Manaſſe.(Cherubin)plenitudo ſcientie:
Effraim:fructificatio:Beniamin : filius dextere : Ma-
naſſes:obliuio interpꝛetatur. Tu ergo:qui ſedes:ꝛ quie-
ſcis in temetipſo ab omni opere:quod paraſti : ꝛ in ſede
tue eternitatis ſtabiliris:ac i celſitudine thꝛoni tue maie
ſtatis permanes tanquam Rex:tāꝗ dominus:tanꝗ iu
dex : ꝛ magiſter omnium : tu inquam : (qui ſedes ſu-
per Cherubin:)ideſt ſuper plenitudinem ſcientie : ꝛ ſu-
perans omnem ſcientiam:ꝛ omnem intellectum : quia
vere tu es deus abſconditus. (Manifeſtare.) ideſt appa-
re obſecro.(Coꝛam Effraim)ideſt coꝛam populo tuo iaꝫ
tibi fructificante:vt cognoſcat te perfecte : quia qui co-
gnoſcit te diligit te:obliuiſcitur ſe:amat te pluſquam ſe:
ꝛ fructus mirabiles in eccleſia facit.(Appare etiam coꝛaꝫ
Beniamin)ideſt coꝛam omnibus pꝛedeſtinatis tuis hic:
ꝛ vbiqꝫ cōmoꝛantibus : qui vere ex ipſa pꝛedeſtinatione
fili dextere tue vocari digni ſūt:vt creſcat populus tuus:
ꝛ filij tui diſperſi congregentur. ꝛ fiat vnū ouile:ꝛ vnus

paſtó:(Appare deniq; z Manaſſe)ideſt omnibus popu/
lis infidelibus:quos obliuioni tradidiſſe videris: qa te
ipſi obliuioni tradiderunt:cuȝ panem vite tanto tempo/
re eius denegaueris.Manifeſta te tandem mundo:vt de
tenebris z vmbra mortis homines egrediantur ad lucẽ:
z dirigãt greſſus ſuos i viã pacis.Si autẽ peruerſi diffi/
cile corriguntur:z ſi ſtultorũ infinitus eſt numerus.
¶Excita potentiam tuaȝ:z veni vt ſaluos facias nos.)
Ecce diuites opprimũt pauperes : plebem tuam lacerãt.
Peruerſi iuſtos ſine miſericordia pſequuntur:non habẽt
fideles tui patres:non habent defenſores.Per mala exẽ/
pla ſeniorum:z cleri incorrigibilis infiniti trahuntur ad
inferos.Tepidorum non eſt numerus : quorum prauis
ſuaſionibus totus mundus inficitur.Nolunt audire ver
ba veritatis:a nullo caſtigari poſſunt. Unde tui fideles
non audent leuare caput.Quid agis domine? Cur dor/
mis? Ut quid potentiam tuam abſcondis?Excita.Que
ſo potentiam tuam:z veni.Per flagella:qui vbiq; es per
potentiam : percute peruerſores: occide calumniatores:
dãna reprobos blaſphematores.Non hoc dico:non hoc
opto:non hoc peto:quia delecter in penis: ſed vt ſaluos
facias nos electos tuos tibi iugiter ſeruientes : te ſuper
omnia diligẽtes:tuiſq; mandatis ſemper obtemperãtes.
¶Dicis forte mihi.Si miſero gladium:ſi peſtem : ſi fa/
mem:putas te in tot z tantis tribulationibus perſeuera/
re poſſe.

¶Deus conuerte nos : z oſtende faciem tuam : z ſalui
erimus.Nos quippe fragiles ſumus:nos in noſtra virtu
te non confidimus(quia non ſumus ſufficientes cogita/
re aliquid a nobis:tanquam ex nobis:ſed noſtra ſufficien
tia ex deo eſt.)Corpus enim quod corrumpitur : aggra/
uat animam:z terrena inhabitatio deprimit ſenſum mul
ta cogitantem.Igitur tu deus conuerte nos.Ad te con/

uerte:a terrenis ad celeſtia:rebelles noſtras ad te conuer te voluntates:ꝛ conuerſis nobis oſtende faciem tuam:vt cognoſcamus te:oſtende potentiam tuam:vt timeamus te: oſtende ſapientiam tuam : vt veneremur te : oſtende bonitatem tuam:vt diligamus te. Oſtende ſemel: oſten/ de iterum:oſtende ſemper : vt per tribulationes leta fa/ cie tranſeamus. (Et ſalui erimus.) Te enim ſaluante: ſalui erimus:te manum ſubtrahente:ſaluari non poſſu/ mus. Quid tardas domine ? cur non exaudis orationes noſtras?

¶ Domine deus virtutum : quouſ iraſceris ſuper ora/ tionem: ſerui tui? Te enim rogaui pluries:te rogaui diu: te rogaui centies:ꝛ milies. Cur ergo non exaudis ? Ut quid moraris? Nunquid adhuc iratus es mihi propter peccata mea? (Si iniquitates obſeruaueris domine:do/ mine quis ſuſtinebit?)Domine ergo : qui potes omnia. Deus qui regis omnia:ſub quo curuantur : qui portant orbem:queꝫ tremunt poteſtates:celi celorum virtutes (Domine deus virtutum : quouſ iraſceris ſuper ora/ tionem ſerui tui ?)Ubi eſt zelus tuus:ꝛ fortitudo tua : ꝛ multitudo viſcerum tuorum ? Nunquid ſuper nos con tinuerunt ſe ? Clamabimus ad te die ac nocte : ſcientes ꝙ ſi tardabis:tādem importunitatē nōſtrā tu exaudies.

¶ Cibabis nos pane lachrymarum:ꝛ potum dabis no/ bis in lachrimis:in menſura. Spero inquam exaudiri: q: veritatē dilexiſti:negare te ipſuꝫ nō potes. Dixiſti eni: (Petite:ꝛ dabitur vobis). Querite:ꝛ inuenietis. Pulſa te:ꝛ aperietur vobis. Uerū prius.(Cibabis nos pane la chrymarum?)Pane amaro:pane dulci. Lachryme enim amare : ꝛ dulces ſunt. Amare propter abſentiam boni. Dulces propter certitudinem illud inueniendi. Amare ſunt:(quia ſpes:que differtur: affligit animam.)Dulces propter preſentiā dulcedinis tue:q excitas nos ad oran/

dum:⁊ poſtulare nos facis gemitibus inenarrabilibus. (Et potum dabis nobis.) De calice:qui eſt in manu tua. (vini meri plenus mixto.) (Quia ſm multitudineꝫ do lorum noſtroꝝ in corde noſtro:conſolationes tue letifica bunt animas noſtras.) Potum ergo dabis nobis in la/chrymis tribulationum:que lauant faciem conſcientie: clarificant intellectum:humectant cor deuotione: ⁊ ſa/porem nobis prebent charitatis. Bone ergo lachryme tue:dulces profecto lachryme tue ſunt: que fuerunt no/bis panes die ac nocte. Exaudies ergo nos: ſed prius ci/babis:⁊ potabis nos lachrymis:non ſupra vires:ſed (In menſura) ideſt ſecundū menſuram virtutis noſtre. (Nō enim patieris nos tentari ſupra id:quod poſſumus: ſed facies etiam cum tentatione prouentum:vt poſſimus ſu ſtinere). Cibabis inquā nos lachrymis:nō ſemper:ſed in menſura temporis:quod poſuiſti in tua poteſtate. Cum ergo venerit illud tempus ceſſabunt lachryme: ⁊ gemi tus:ceſſabit ira tua:orationes noſtre exaudientur. Con/uertes nos:oſtendes faciem tuam: excitabis potentiam tuaꝫ:ſaluos facies nos:⁊ manifeſtaberis coram Effraim: Beniamin:⁊ manaſſe:dilatabiſqꝫ eccleſiam tuam:⁊ intē des regimini eius:interim vero (in patientia noſtra poſ/ſidebimus animas noſtras). Quia.

¶ Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris: ⁊ inimici noſtri ſubſanauerunt nos). Interim tanquam fili os caſtigas nos:vt mundemur:vt cor diuitijs non appo/namus:vt gloriam humanam non ſequamur:vt veritas tua magis eluceſcat:⁊ ideo (Poſuiſti nos in contradi/ctionem vicinis noſtris). Qui ſunt autem vicini noſtri: niſi tepidi:qui in exterioribus videntur chriſtiani: qui dicunt. (Domine gratias ago tibi:quia non ſum ſicut ce/teri homines:iniuſti:raptores:adulteri: velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato:decimas do omnium

que poſſideo). Intus autem non ſunt vere chriſtiani? Vicini ergo ſunt: quia operibus ſimiles nobis videtur. Sed non ſunt domeſtici: quia humilitatem: quia charitatem non habent. Quomodo ergo poſuiſti nos in contradictionem tepidis: niſi quia illuminaſti nos de via veritatis: et oſtendiſti nobis faciem tuam? Hinc vidimus eos: et intelleximus: quia ſunt ſicut ſepulchra dealbata: que foris patent hominibus ſpecioſa: intus autem ſunt plena oſſibus mortuorum: et omni ſpurcitia. Ne ergo eorum verbis: et exemplis ſimplices: et ceteri chriſtiani perirent: te precipiente clamauimus: et diximus. (Cauete a fermento phariſeorum: quod eſt hypocriſis). Non vos cerimonie ſaluabunt: denudauimus eorum cauteriatas conſcientias. Reprehendimus eos dicentes: Vos eſtis: qui iuſtificatis vos coram hominibus. Deus autem nouit corda veſtra quia quod hominibus altum eſt: abominatio eſt ante deum. Hinc ergo rabies: hinc odium: hinc contradictio. Amant enim gloriam hominum pluſquam gloriam dei. Ideo circu͂eunt ciuitatem: huc illucq; diſcurrunt. per domos muliercularum curſitant: murmurant: detrahunt: contradicunt: et perſequuntur nos. (Et ideo inimici noſtri ſubſanauerunt nos). Inimici noſtri peccatores ſunt manifeſti. Amici huius ſeculi: ſupbi: auari: luxurioſi: blaſphemi: homicide: et inimici crucis chriſti. Hi ergo verba noſtra: immo tua domine: audire nolentes: ſed fugientes a tepidis perſuaſi: ſubſanauerunt nos: et rugato naſo nos tanquam ſtultos deſpexerunt. Et quid eſt: q̄ vicini noſtri contradixerunt: et inimici ſubſanauerunt? Cur plus nocent vicini q̄ȝ inimici? Nunquid tepidi non ſunt inimici? immo certe inimici: et capitales inimici: ſed fraudulenti: ſed occulti. Se enim amicos ſimulant: ſe nos diligere dicunt: ſe pro veritate loqui: non quia odio nos habeat: falſo oſtendunt. Plus ergo iſti nocent q̄ȝ aperti inimici:

dicuntur ergo inimici: quia ſe amicos noſtros faciunt: ſed tamen contradicunt. Inimici vero tantum ſubſannant. Et inimici non ſubſannarent: niſi iſti contradicerent. Inimici conuerterentur ad penitentiam: niſi tepidi eos impedirent. Inimici deniqꝫ fierent amici: ⁊ veritatis defenſores: niſi eccleſia haberet tepidos contradictores. Magnum bellum: periculoſum certamen: dubia victoria. Ergo.

¶ Deus virtutum conuerte nos: ⁊ oſtende faciem tuã ⁊ ſalui erimus). Deus qui ſupernis virtutibus fortitudinem prebes: vt ſine timore pugnent cum antiquo dracone: ⁊ omnia ardua magni animi fortitudine aggrediantur. (Deus virtutum conuerte nos.) Ab amore proprio ad tuum perfectum amorem: per quem tibi vniamur: ⁊ tibi adhereamus quia ſic nihil timebimus: ⁊ tota fiducia bella tua pugnabimus. Tu es enim fortitudo noſtra: ⁊ firmamentum noſtrum: refugium noſtrum: ⁊ protectio noſtra. (Et ideo oſtende faciem tuam.) Oſtende veritatem tuaꝫ: manifeſta lucem tuaꝫ: ne tepidi decipiant nos: ne cor noſtrum tenebris inuoluant. Ut fugiamus laqueos eorum: ⁊ per viam veritatis incedamus. Et ſic te liberante: te illuminante: te pro nobis pugnante: ſalui erimus. Age domine: fac domine: ſurge expergeſcere: veni: ⁊ noli tardare. (Ubi ſunt miſericordie tue antique domine?) Memor eſto laborũ tuorũ: ne cõtemnas ſudores tuos. (Opera manuũ tuarum ne deſpicias.)

¶ Uineam de egypto tranſtuliſti: eieciſti gentes: ⁊ plantaſti eam. Uinea tua eccleſia tua eſt. Quare vinea? Quia vinum producit: quod inebriat mentes hominum amore diuinorum: quod letificat corda noſtra. Uinea bona. Uinea optima: que quicquid circũponitur radici eius: conuertit in vinum. Si aquam: ſi ſtercus: ſi aliud quid circumponas radici eius: eius totum quicquid ad ſe tra/

bit:conuertit in vinuz. Non enim vnquam aquam: vel ſtercus: vel aliud q̄z vinum producit. Ita quicquid eccleſie: ⁊ anime fideli circumponis: ſiue ſubſannationem: ſiue perſecutionem: ſiue aurum: ſiue laudes: ſiue maledictiones: omnia conuertit ad charitatem: ad penitentiam ad humilitatem ceteraſq; virtutes. Hanc vineam huiuſmodi homines fideles nihil in hoc mundo appetentes: nihilq; timentes. (De egypto) ideſt de tenebris tranſtuliſti. Erant enim in tenebris ignorantie: ⁊ peccatorum caligine ignorabant finem ſuum: neſciebant quo tenderent. (Viſiſti eius lumen tuum ⁊ de tenebris exaudiſti eos (Gentes autem) ideſt demones: ideſt peruerſi homines: irrationabiles: ſine lege: ⁊ ſine diſciplina perſequebantur eos: vaſtabant vineam. Erant ſicut lapides in ea duriſſimi: percuſſores: pedes ambulantium offendentes: palmites deſtruentes: ⁊ fructus vinee impedientes. Eieciſti ergo gentes: tyrannos interfeciſti: idola deſtruxiſti: hereticos anathematizaſti: lapides collegiſti: proieciſti: longe eos a vinea feciſti: ⁊ in profundum deſcenderunt. Et plantaſti eam in monte ſancto tuo: in fide tua: in perfectione iuſtitie: in chriſto tuo. Tranſiuit per mare rubrum: tranſiuit per ignem: ⁊ aquam: per multas tribulationes non defecit: ſaluata eſt. Quare.

¶ Dux itineris fuiſti in conſpectu eius: ⁊ plantaſti radices eius: ⁊ impleuit terram.) Dux fortis: dux ſapiens: dux bonus: dux magnus. (Quoniam deus magnus dominus: ⁊ rex magnus ſuper omnes deos.) Quis ergo talem ducem non ſequatur? Quomodo autem dux fuiſti? Veniſti: apparuiſti in carne: perſecutiones: contradictiones: maledictiones: irriſiones: flagella: mortem crucis pro ea ſuſtinuiſti. Tranſiſti ad patrem per viam crucis: ⁊ clamaſti. (Qui vult ve-

nire poſt me:abneget ſemetipſum:⁊ tollat crucem ſuam: ⁊ ſequatur me.) Magnus dux:difficilis via. Sed quis ti/mebit ſequi talem ducem:nō ipſe ſequitur:ſed antecedit. Tu ergo dux:non occultus:ſed manifeſtus:omnes te vi/dere potuerunt. (Dux itineris fuiſti in conſpectu eius.) Manifeſte enim inter latrones crucifixus fuiſti. Et quia vinea debilis eſt:lignum enim fragile:lignum vitis:tu ro boraſti eam. (Et plantaſti radices eius.) Non homo car/nalis:non angelus plantauit. Sed tu manibus tuis:ſapiē tia tua:potentia tua:⁊ bonitate tua plantaſti radices amo ris eius:charitatis eius:dilectionis eius. Plātaſti inquā in terra bona:in terra viuentium:in plagis tuis:in cruce tua:in diuinitate tua:⁊ ideo fructum fecit vinum dulce: vinum optimum:vinum inebrians produxit: palmites multiplicauit:⁊ impleuit terram. Impleuit inquam vir/tutibus:donis celeſtibus:gratia:lumine:⁊ ſciētia dei. Nō ſcientia philoſophorum:qui cum cognouiſſent deū: nō ſicut deum glorificauerunt:aut gratias egerunt. Sed eua nuerunt in cogitationibus ſuis:⁊ obſcuratū eſt inſipiēs cor eorū. Dicentes enim:ſe eſſe ſapientes:ſtulti facti ſunt. Non ſic vinea tua domine. Quare? Quia.

¶ Operuit montes vmbra eius: ⁊ arbuſta eius cedros dei. Que eſt vmbra? Uetus teſtamentum precedens ve/ritatem euangelii:ſicut vmbra precedit corpus: quando ſol ſubſequitur. Cum autem ſol venerit ante faciem no/ſtram:iam non vmbra precedit:ſed ſequitur:⁊ a nobis nō videtur. Ita veritatem:⁊ gratiam:que eſt per ieſum chri ſtum:preceſſit lex tāquā vmbra:quia ſequebatur ſol iuſti tie:vt veniret:⁊ appareret:⁊ oſtenderet nobis facieꝫ ſuā. Uenit ergo:⁊ veritatē aperuit locumqꝫ ante oculos no/ſtros poſuit. Umbra iam poſt tergum ſequitur. Nos er/go fugimus eā:⁊ verſus ſolem tēdimus:tranſiuit vmbra legis:⁊ ſacrificiorum:quia venit ſol iuſtitie chriſtus deus

noſter(Umbra ergo eius)ideſt lex : ⁊ doctrina ꝓpheta/
rum obſcura operuit mõtes.Qui ſunt montes ?Stabi/
les in fide:⁊ alti perfectione iuſtitie:⁊ diuinorum contẽ/
platione.Certe patriarche:⁊ prophete:non philoſophi:
⁊ oratores:qui ſũt mõtes ſuperbie.A lumine ergo ſuper
naturali:⁊ diuino patriarcharũ:⁊ prophetarum proceſ/
ſit vinea(Et operuit montes vmbra eius).ideſt ipſos pa
triarchas:⁊ ꝓphetas:qui pleni doctrina legis:⁊ prophe/
tico ſpiritu referti:regebant vineam.⁊ ſuſtentabant eam.
Veniſti domine ad cultores vinee: ⁊ ipſi te occiderunt:
eijcientes extra vineam.Sed tu malos male perdens lo/
caſti vineã tuam alijs agricolis:qui fecerũt fructus eius:
⁊ vmbrã legis conuerterunt in lucem.Senſuꝫ carnalem
traxerunt ad ſpiritualẽ:vt ſub vmbra illius ſederent laſſi
⁊ ab eſtu refrigerarentur:⁊ vmbra eius facta eſt lux:quia
lex ipſa ſpiritualiter intellecta facta eſt euangelium:ſub
cuius vmbra:que eſt lux ſedens anima laſſa cantat: ⁊ di/
cit.(Sub vmbra illius quem deſideraueram:ſedi : ⁊ fru/
ctus eius dulcis gutturi meo.)Et iterũ.(Spiritus oris
noſtri chriſtus dñs captus eſt in peccatis noſtris):cui di
ximus.(In vmbra tua viuemus in gentibus)multipli/
cauit ergo palmites in gentibus:venerũt enim gẽtes ad
chriſtũ ad agricolã:ad vitẽ:ad vineaꝫ : multiplicati ſunt
palmites:excreuerũt numero:⁊ merito facti ſũt ſicut ar/
buſta:⁊ eleuata ſũt arbuſta eiꝰ.(Et operuerũt cedros dei.)
Qui ſũt cedri dei:apli dei:euãgeliſte dei : doctores eccle/
ſie.Ergo palmites : ergo electi de gẽtibꝰ venerũt ad eos:
apprehẽderũt eos:⁊ dixerũt:ibimus vobiſcum.Audiui/
mus enim quia deus vobiſcũ eſt.Cedri autẽ gauiſe ſunt:
inclinauerunt ſe:⁊ dixerunt. Aſcendite:aſcendite ſuper
nos:capite nos:quia portabimus vos:ſuſtinebimus vos:
eleuabimus vos a terra. Et aſcenderunt gẽtes per fidẽ
⁊ edificate ſunt ſup fundamentum apoſtolorũ ⁊ prophe/

tarum:ipſo ſummo angulari lapide chriſto ieſu.) Operuerūt ergo arbuſta cedros dei. O felix vinea: o beati palmites: qui non philoſophorum ſtultorū: ſed montium ⁊ cedrorum: ideſt prophetarum: ⁊ apoſtolorū ſecuti eſtis diuinam ſapientiam: inenarrabilem lucem: veritatis viā: que vere ducit ad patriam. Sed quanta eſt hec vinea? Nunquid iudea ſola. An iudeorum deus tantū? Certe ab ortu ſolis vſq ad occaſum: domine magnum nomen tuum in gentibus.

¶ Extendit palmites ſuos vſq ad mare: ⁊ vſq ad flumen propagines eius. Exultauerunt cedri libani: clamauerunt: ⁊ eleuauerunt vocem ſuā. (In omnem terrā exiuit ſonus eorum: ⁊ in finis orbis terre verba eorū.) Audiuit mare: ⁊ intumuit: ⁊ turbata eſt terra. Intumuerunt fluctus maris. (Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.) Turbati ſunt mōtes: ſuperbi principes: ſacerdotes: ſcribe: ⁊ phariſei. (Aſtiterūt reges terre: ⁊ principes cōuenerunt in vnū: aduerſus dñm ⁊ aduerſus chriſtum eius. (Intonuit autem de celo deus: ⁊ altiſſimus dedit vocem ſuam. Uox domini in virtute: vox domini in magnificentia). Audierunt lapides: ⁊ contremuerunt ligna ſyluarum: audierunt gentes dure: ⁊ infructuoſe: ⁊ in palmites conuerſe ſunt. (Mare vidit: ⁊ fugit iordanis cōuerſus eſt retrorſum). Gentes aūt vbiq terrarum ad vitem veneret: inſeruerunt ſe viti per fidē: ⁊ charitatem: creuerunt nimis vſq ad terminos orbis terrarum: montes ⁊ mare tyranni: ⁊ populi peruerſi percuſſi ſunt: deſcenderunt in infernum. Operuit eos mare. Uinea autem noſtra. (Extendit palmites ſuos vſq ad mare.) Ideſt vſq ad terminos terre. Mare ergo circundat vineam pulſat eam: ſed in eam confringit fluctus ſuos. Sed quid iudea fecit? Indurata eſt: exſiccata eſt: fructum non fecit. Precidiſti ergo tales palmites o celeſtis agricola: ⁊ in ignem miſiſti.

miſiſti. Nunquid omnes palmites perierunt? Abſit. Re/
liquie enim ſaluate ſunt. Multi palmites iudeorū te vo/
lente: ⁊ predeſtinante permanſerunt in vite: ⁊ fructum
perfectum fecerunt. Vinea creuit. (Et vſqꝫ ad flumen ex
tendit propagines eius.) Quid eſt domine vſque ad flu/
men? Nunquid in orbe eſt vnum flumen tantum? Nun/
quid clauditur orbis a mari: ⁊ a flumine aliquo? Nequa/
quā. Sed ſicut cum dicitur propheta: Dauid propter eius
excellentiā intelligitur: ⁊ Paulus cū dicitur apoſtolus:
ita hic cum dicitur flumē ſimpliciter: itellige de iordane:
quia filio meo fuit conſecratus: ſolum hoc hanc habet ex
cellentiam. Quid ergo eſt vſqꝫ ad flumen: niſi vſqꝫ ad ior
danem? hoc eſt vſqꝫ ad populum hebraicum palmites ex
tendit. Nō tibi ergo populus hebraicus totus videatur
expulſus. (lapidem enim: quem reprobauerunt edifican/
tes: hic factus eſt in caput anguli.) Ergo magna tūc erat
eccleſia tua domine: magna inquam dignitate: magna ve
ritate: magna virtutū perfectione: magna charitate: ma/
gna operum mirabiliū varietate: magna etiā extēſione:
magna fuit: quia tu magnus dominus: qui eam plātaſti:
qui augmentū prebuiſti: quia eam extendiſti: quia tu do/
mine Jeſu dux itineris ei fuiſti. Tu in ea laboraſti: ſudaſti:
vigilaſti ſanguine tuo: ⁊ martyrū tuorum eā cōſecraſti.
Vbi ergo labores tui: vbi ſudores: vbi ſanguis tuus? qd
feciſti domine deus? Quid feciſti ſaluator meus?
¶ Vt quid deſtruxiſti maceriam eius: ⁊ vindemiant eā
omnes: qui pretergrediūtur viam. Vt quid domine hoc
feciſti. Que vtilitas? Cuſtodiam angelorum ammouiſti.
Hi enim latrones prohibebant. Iſti enim defendebant.
Vbi hodie hec fida cuſtodia? vbi prophete: vbi apoſtoli:
vbi doctores: vbi paſtores circundātes vineam demones
expellentes: hereticos excommunicantes: peruerſos ho/
mines corripientes: ⁊ imperfectos cuſtodientes? Que

eſt maceria? Angelorum cuſtodia: paſtor defenſio: pdicatorum ſacta doctrina. Ubi eſt maceria? Deſtructa eſt. Quis eã deſtruxit? Tu dñe: qui ſanctos pdicatores tuliſti: paſtores in celũ collegiſti: angelos ãmouiſti. (Ut quid deſtruxiſti maceriã eius?) An forte vt impleat iniqtates ſuas: vt cõpleat malitia eius: vt tãdẽ puniat: et renouet? Sed qd deeſt ei? quod peccatum nõ inuenit in ea? Certe vide dñe quia cõpleta eſt malitia eius. (Et iam vindemiãt eã oẽs: q ptergrediũtur viã.) Non vinitores veri non veri agricole vidẽmiãt eam: et nõ omnes boni: nõ pauci boni: nõ partim boni: et partim mali: non vnus qdem bonus: ſed oẽs: q pretergrediũtur viã: vindemiãt eam. Omnes qui tua pcepta nõ ſeruant: qui viam dei ignorant: publici peccatores: infames: hi ad altaris miniſterium eligũtur his dãtur beneficia: hi vindemiant vineam ſibi: non tibi; pauperes tuos non reſpiciunt: eſurientem non paſcunt: nudum non veſtiunt: pegrinũ nõ ſuſcipiũt: viduã et pupillũ nõ defendũt. Comedunt agnũ de grege: et vitulum de medio armẽti. Canunt ad vocẽ pſaltery: et organi. Sicut Dauid putauerũt ſe habere vaſa cantici. In choris modulãtes: labys deũ laudãtes: ſed corde longe a deo exiſtẽtes: bibẽtes vinũ in phialis: et optimo vnguẽto delibuti: et nihil patiũtur ſup ptritione Ioſeph: nulla miſericordia mouent ſup egenũ: et pauperem. Iſti ergo: q et ptergrediunt viã tuã: vindemiãt vineam tuã. Sed qd dicam dñe? Nam et oẽs: qui etiam ptergrediuntur viam ſuam: vindemiant vineã tuã. Ambulãtes enim p viã ſuã: et vidẽtes maceriã vinee tue deſtructã: pretergreſſi ſunt viã ſuã. Non recto itinere ambularũt: ſed relinquẽtes viã ſuam: conuerterunt pedes in vineam tuam: vt vindemiarent eã: vt tollerẽt fructus eius: nõ fructus ſpirituales: ſed tpales. Quid eſt quod ais? hoc dico dñe. Diuites huius ſeculi p viam ſuorum pctõrum ambulantes diuitias: dignitates

honores:⁊ voluptates huius ſeculi ꝑ fas ⁊ nefas q̄rētes diuerterūt a via ſua. Diuitias.n.huius ſeculi ꝓſequi deſierunt:dignitates eius nō amplius q̄ſierūt cōuerſi ſunt ad vineā tuā:ad eccleſiaſticas dignitates:ad diuitias eius:diſrupta eſt maceria:q̄ indignos repellebat:⁊ ingreſſi ſunt etiā:q̄ pretergrediuntur viam ſuam:⁊ vindemiauerunt eam. Quid eſt? Hoc dico. Hodie in theatro:⁊ cras in cathedra epiſcopali. Hodie in theloneo:⁊ cras canonicus in choro. Hodie miles:⁊ cras preſbyter. Pretergreſſi ſunt viam ſuam:⁊ diuerterunt ad vineam tuam non quidem vt colerent eam tibi:ſed vt vindemiarent eam ſibi. Hoc quoq; flens dico. Ingreſſi ſunt demones:⁊ peruerſi quiq; hoīes:caput videlicet:⁊ mēbra ⁊ fructus eius ſpūales vindemiantes proiecerunt:pedibus calcauerunt:abſconderunt:deſtruxerunt:vinitores percuſſerunt gladio ⁊ extra vineam eiecerunt:optimos palmites preciderūt ꝑſuaſionibus malis:minis:ꝑſecutionibus:⁊ malis exemplis conant̄ deſtruere quicq̄d boni ī vinea reperitur. ❡Ut q̄d ergo dn̄e deſtruxiſti maceriā eiꝰ. Que vtilitas? Quis fructus? Nā ꝓpter hoc vindemiāt eā oēs:qui p̄tergrediunt̄ viā. Sed vtinā ſoli hoīes:aut demōes p̄tergredientes viā vindemiarēt eā:⁊ nō ēt beſtie īgrederētur ī eam. Sed ecce mala beſtia īgreſſa ē ī eā:⁊ radicitus d̄ſtruxit eā. ❡Exterminauit eā aper de ſylua:⁊ ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Aper porcus eſt:porcus īmundus:porcus ſupbus:porcus crudelis:nō domeſticus:ſed de ſylua. Luxurioſus clericus:libidinoſus ſacerdos:qui nō hō eſt:ſed beſtia:ſed porcus imūdus ad altare tuū accedit tota nocte in imūditia ſua ī luto:in ſtercore iacuit:⁊ manet:ſacramēta tua tāgere preſumit. Porcus ſuperbus domari nō poteſt:corrigi non vult:audire verba veritatis renuit. Supbe loquitur:contra corripientem ſe inſurgit:mordet:lacerat crudeliter:non parcit verbis:maledicit:bla-

ſphemat. Porcus eſt: crudelis eſt: beſtia eſt: non homo. Perſequitur homines: nō domeſticus eſt: nō ſaltem neophitus eſt: non de domo domini venit: ſed de ſylua: de cōſortio beſtiarum: de multitudine ferarum: de deſerto peccatorum. Deum ignorat: ſacramenta neſcit: officium ſuū non intelligit: lutū ſolum amat: ſtercus amplectitur: ſanguine delectatur. Quid ergo fecit: quid aper iſte domine deus? Exterminauit vineam tuam: extra terminos poſuit eam: extra precepta: extra patrum documenta extra leges fecit eam: luto ꝛ ſtercore: luxurijs ꝛ impudicitijs: cōmeſſationibus ꝛ ebrietatibus impleuit eam. Cultores occidit: paruulos enecauit: mulieres humiliauit: palmites ad ſolum traxit: vites radicitus euulſit: ꝛ extirpauit: ac dētibus ſuis oia cōminuit. Superbia ſua ligna pedibus calcauit: ꝛ extra vineam eiecit.

¶ Exterminauit eaꝫ aper de ſylua: ꝛ ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Ecce quāta ſuperbia: vult eſſe ſingularis: non vult habere ſuperiorem: nō vult habere parem: non querit habere ſocios: ſed ſeruos: ſed ſubiectos: vult omnia ſingulariter poſſidere: querit ſemper aſcendere: ſingularitate delectatur: charitatem chriſti deſpicit: non vult eſſe miniſter: non paſtor: non pater: non mater: non ſocius tribulationum: non ſeruus omnium: vt omnes lucrifaciat: ſed dominus: ſed lupus: ſed crudelis: ꝛ rigidus dominator ad deſtruendā vineam: ad euellēdas radices eius ad eam totaliter conſumiendam: ꝛ totam comedendam: atqꝫ ad nihilū redigendam. An etiam aper de ſylua: ꝛ ſingularis ferus eſt princeps malus: tyrannus ſuperbus: totus immundus: totus crudelis? Qui de ſylua beſtiarum egreditur: de miniſtris ſibi ſimilibus immundis: luxurioſis: ſuperbis: crudelibus: qui beſtie ſunt: non homines. Cultū dei odit: ſanctos viros de ciuitate expellit: iuſtos perſequitur: prudentes percutit gladio: veritatem abomi

natur:mẽdacijs gaudet:adulationibus delectatur: pacẽ
fugat: diſcordias nutrit:matrimonia diſſoluit : virtutes
exterminat:vitia cõmendat:pudicitiam fugat : flagitio/
ſos exaltat:denique omne vitium in precipiti ſtare facit.
Exterminauit vineam (quia aſtitit omni vie non bone:
malitiam autem non odit.) An forte aper:⁊ ſingularis fe/
rus etiam diabolus eſt? Immundus ſpiritus:crudelis ho
micida:ſuperbia elatus:qui dixit.(In celum conſcendã
ſuper aſtra celi exaltabo ſolium meum:ſimilis ero altiſſi/
mo.) Hic etiam depaſtus eſt vineam:comedit palmites:ab
ſorbuit vites:⁊ ſibi incorporauit eam:factus eſt caput ma
lorum:⁊ ipſi membra eius:⁊ facta eſt vinea chriſti vinea
diaboli:quia ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Heu:heu:
heu domine deus:vbi eſt vinea tua:quam de egypto trã/
ſtuliſti:de qua gentes eieciſti:quam tuis manibus planta
ſti:cuius in itinere dux fuiſti:que impleuit terram virtu/
tibus:cuius vmbra operuit montes:⁊ arbuſta cedros dei
que extendit palmites ſuos vſqȝ ad mare:⁊ vſqȝ ad flumẽ
propagines eius? Ubi ſunt virtutes eius:vbi dona ſpiri/
tus ſancti:vbi gratie gratis date:vbi charitas: vbi ſpes:
vbi fides? An non es deus:apud quem non eſt tranſmu/
tatio? An non es ille idem Deus qui feciſti miſericordiã
cum patribus noſtris? An non ſumus opus manuȝ tua/
rum? An non chriſtus manet in eternum? An nõ eſt paſ/
ſus etiam pro nobis? An oblitus es noſtri domine? Tu
domine pater:⁊ Habraam neſciuit nos:⁊ iſrael ignora/
uit nos. Tu domine pater noſter:⁊ redemptor noſter:a ſe
culo nomen tuum. Quare ergo auertiſti faciem tuam a
nobis? Peccauimus:iniuſte egimus:iniquitatem fecimꝰ.
Domine non ſecunduȝ peccata noſtra facias nobis:neqȝ
ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. Domi/
ne ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum:
cito anticipent nos miſericordie tue:quia pauperes facti

fumus nimis.) Nec enim patres noſtri iuſti inuenti ſunt ſed peccatores: ſed idolatre: ſed homicide: ſed maledici: ſed cupidi: ſuperbi: elati parentibus nõ obediẽtes: inſipiẽtes: ꝛ blaſphemãtes nomen tuum. Feciſti autem eis ſm magnam miſericordiam tuam. (Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terrã: ꝛ brachium eoꝝ nõ ſaluauit eos: ſed dextera tua: ꝛ brachiũ tuuꝫ: ꝛ illuminatio vultus tui: quoniã cõplacuiſti i eis.) Eya ergo: ꝛ fac nobiſcũ ſecũdũ magnã miſericordiã tuã: ꝛ ne auertas faciem tuam a nobis. ¶ Deus virtutum conuertere: reſpice de celo: ꝛ vide: ꝛ viſita vineam iſtam: deus virtutum. Actus purus: virtus infinita: virtus virtutum: gubernans omnia: faciens oia: viuificans omnia: virtutes oium creans: eis vigorem prebens: eas ad opus trahẽs: eas antecedens. Conuerte nos domine ad te: ꝛ conuertemur: antecede nos: trahe nos poſt te: vigorem virtutibus noſtris prebe: ꝛ viuifica nos. Cur non reſpicis nos. Cur terga vertiſti? oſtende nobis faciem tuam. Conuertere deus virtutum ad nos: ꝛ nos conuertemur ad te. Conuerti enim ad te: cogitare de te: diligere te: donum tuum eſt. Reſpice de celo. Longe enĩ abijſti: in celum aſcendiſti: a nobis receſſiſti: reſpice ſaltẽ nos de celo: ſi non vis ad terram deſcendere. Si peccata noſtra hoc non merentur: reſpice nos: illumina nos de celo: de ſecreto miſerationum tuarum: de xpõ tuo: ꝛ precibus beatorum tuorum. (Et videt deſolationem noſtram intuere: ꝛ reſpice opprobriuꝫ noſtrum: hereditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtre ad extraneos. Ubi eſt Hieruſalẽ? Ubi terra ſancta: in qua tot mirabilia feciſti? Ubi ſepulchrum tuuꝫ? Nonne in manibus infidelium? Uide domine oculis miſericordie tue orbem terre: ꝛ plenitudinem eius: non plenitudinem gratiarum: ſed plenitudinem peccatorum: ſed plenitudinem ignorantie: ſed plenitudinem miſeriarum. Uide vineaꝫ tuam: eccleſiam

tu i:rẽpublicã tuã:plebẽ chriſtianã tuã:vide:⁊ miſerere:⁊ viſita vineã iſtã. Adhuc enim radices habet:adhuc aliq palmites viuũt:ab initio mũdi cepit: ⁊ nunquã defecit: neq; deficiet. Tu eni dixiſti.(Ecce ego vobiſcũ ſum oĩbus diebus vſq; ad ↄſumationẽ ſeculi.) Minui ergo poteſt: deficere penitus nõ poteſt. Uinea ergo iſta eſt vinea illa: quã tu plãtaſti.(Unus ſpiritus:vna fides:vnũ baptiſma: vnus deus:⁊ dñs oium:q eſt oĩa:in omnib⁹.) Uiſita ergo vineã iſtã. Uiſitatio eni tua cuſtodiet ſpũʒ eius. Uiſita gratia tua:p̃ſentia tua:ſpũ ſctõ tuo. Uiſita etiã virga tua : ⁊ baculo tuo. Uirga eni tua:⁊ baculus tuus ↄſolabũtur eã. Uiſita flagello:vt caſtiget:vt purget.(Tẽpus.n.putationis aduẽit.) Eijce lapides. Collige aridos palmites:⁊ liga faſciculos ad cõburẽdũ. Erige eã:ſupflua p̃cide : appone ſubſtẽtacula:terrã ipĩgua:maceriã ↄſtrue ⁊ viſita vineã iſtã:ſicut iã viſitaſti terrã:⁊ iebriaſti eã. Uiſita inquã.

¶ Et pfice eã:quã plãtauit dextera tua:⁊ ſup filiuʒ hoĩs quẽ cõfirmaſti tibi. Nõ ſolũ viſita:ſed ẽt pfice eã. Ualde eni ipfecta ẽ:vult bene viuere:ſed nõ vult mala pati. Habet exẽpla ãte oculos ſuos:hʒ pphetas:hʒ apoſtolos: hʒ martyres:⁊ oẽs ſactos dei:imo ipſũ filiũ tuũ vnigenitũ: vult eos ſeq:vult benefacere:vt eoꝝ gloriã cõſequat:ſed nõ vult pati aduerſa:valde impfecta ẽ. Perfice eã domine:emitte ſpũʒ tuũ:⁊ pficiet. Petrus ãte aduẽtũ ſpũs ſancti dicebat.(Etiã ſi opoꝛtuerit me mori tecũ:nõ te negabo.) Sed qa impfect⁹ erat:ad vocẽ vnius ãcille negauit chriſtũ tuũ:venit ſpũs ſantus:⁊ ipleuit eũ grã:⁊ nõ timuit reges terre:qa pfeciſti eũ:ideo fructũ fecit:ideo inumerabiles ad fidẽ ↄuertit:ideo eccleſias edificauit. Igit̃ pfice eã:⁊ fructũ faciet:⁊ p oꝛbẽ palmites extẽdet. Adhuc.n.timet:adhuc loq nõ audet:adhuc pꝛicipes veret. Perfice eã:quã plãtauit dextera tua. Nõ eã:quã plantauit ſiniſtra tua. Sũt.n.qdã xp̃iani:qdã ſacerdotes nomĩe:nõ ope:q-

bus dediſti diuitias huius ſeculi: ⁊ multiplicaſti bona tē/
poralia: ſpiritualia autem tua non habēt. Hi ergo ſunt vi/
nea: quam plantauit ſiniſtra tua. Non hanc rogo vt au/
geas: nō vt perficias: ſed eam quaȝ plantauit dextera tua:
que habet palmites ⁊ fideles: quibus dediſti gratiam tuā
⁊ dona tua ſpiritualia: qui ſunt electi tui. Quorū quilibet
dicit. ¶ Leua eius ſub capite meo: ⁊ dextera illius amplexa
bitur me. Hanc ergo perfice: ⁊ ſuper filiuȝ hominis: quē
confirmaſti tibi. Perfice eam. Quis eſt iſte filius homi/
nis? Nos quippe ſumus filij hominum: quia patrem: ⁊
matrem habemus in terris. Chriſtus autem eſt filius ho/
minis: quia eſt filius virginis: qui in celis patrem ſine ma
tre: in terra autem matrem ſine patre habet. Hunc ergo
filium hominis confirmaſti in cordibus hominum: con/
firmaſtiq; eum tibi: ideſt ad honorem tuum. Pugnauit
iudea contra eum: ⁊ tu confirmaſti eum tibi: pugnauerūt
tyranni: ⁊ confirmaſti eum tibi. Pugnauerunt heretici:
⁊ confirmaſti eum tibi. Pugnauerunt philoſophi: ⁊ dia/
lectici: ⁊ ſapientes huius ſeculi: ⁊ confirmaſti eum tibi:
pugnauerunt falſi fratres: ⁊ confirmaſti eum tibi. Pugna
uit diabolus: ⁊ totus orbis: ⁊ non preualuit: ſed filiuȝ ho/
minis confirmaſti in cordibus hominum ad honorem
tuum. Ergo perfice vineam ſuper eum: vt per fidem: ⁊
charitatem ſuper chriſtum plātata ⁊ radicata perficiatur:
⁊ de terra illa rubea: de amore charitatis chriſti: de meri/
tis paſſionis eius producat vinum optimum inebrians
corda hominum. Si quia imperfecta eſt: quia collapſa: q:
obſtat mundus: impoſſibile: nihil difficile. ¶ Aperis tu ma
num tuaȝ: ⁊ imples omne animal benedictione. Omnia
a te expectant: vt des illis eſcam in tempore. Dante te il/
lis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebun
tur bonitate. Auertente autem te faciem turbabunt. Au/
feres ſpiritum eorum: ⁊ deficient: ⁊ in puluerem ſuum

reuertentur.(Quanto ergo magis increpante te omnia impedimenta tollentur: ꝛ omnes vaſtatores peribunt? (Incenſa igni ꝛ ſuffoſſa:ab increpatione vultus tui peribunt.) Incenſa enim ꝛ ſemiuſta ligna:ꝛ ſuffoſſe vites: ꝛ arbores infructuoſe per vineam diſperſe:ꝛ confuſe:palmites virides:ꝛ vites viuentes vaſtant: nec fructum facere permittunt. Incēſa ergo ꝛ ſuffoſſa increpa vultu tuo:vultu illo:de quo dictum eſt. (Uultus autem domini ſuper facientes mala:)ꝛ peribunt ſtatim infructuoſa ligna. Illi videlicet:qui nec ipſi in regnum celorū intrant:nec alios intrare permittunt.(Incenſa.)igitur ſunt in mundi peccatores ardore libidinis incenſi:ꝛ in carbonez verſi:in tenebris ambulantes: ꝛ neſcientes quo vadunt.) Nam ſupercecidit: ignis ꝛ non viderunt ſolem.).(Incēſa igni.) Auari ſunt:ꝛ cupidi deſiderio pecunie inordinato: igne auaritie incenſi: qui nunq̄ʒ dicit:ſufficit.(Incenſa igni.) Superbi ſunt:ambitioſi ſunt:inuidi ſunt:qui ardēt ſicut facule:ꝛ omnium rerum deſiderio incenſi ſunt. Iſte ignis omnes virtutes cōſumpſit:omnes cupiditates excitauit: omnium malorum cauſa eſt. Initium enim omnis peccati ſuperbia:ꝛ radix omnium maloꝝ cupiditas:illa ꝑ auerſionem a deo:hec per cōuerſionē ad creaturas. Qui autē ſunt ligna ſuffoſſa:niſi tepidi:qui exterius quidem nō videntur igne libidinis:vel ſuperbie:vel auaritie exuſti tamen intus aridi ſunt quia ſuffoſſi ſunt:non habent radices in terra viuentium:in charitate chriſti: in gratia dei. Ideo ſicut lignū:ſi non habet radices in terra:ſed in aere: ad calorē ſolis exſiccatur. Ita homo:ſi radices fidei ꝛ charitatis habet in chriſto accedens ad altare:ad eccleſiaſtica ſacramenta:ad officia diuina:ad audiendum verbuʒ dei: ad lectionem ſcripturaꝝ:ad orationem:fructus mirabiles producit. Si autem querit que ſua ſunt:ꝛ in proprio amore in aere:in ſpiritu ſuperbie radicatus eſt: ad hec omnia

ſemper magis areſcit:ꝛ peioꝛ efficitur. Tepidi ergo ſunt li-
gna ſuffoſſa: ſunt ligna arida: cibus ignis: ſed certe ipſa li-
gna ſuffoſſa ſunt etiã incenſa: ꝛ ipſa icenſa ſuffoſſa. Nã ma-
nifeſti peccatoꝛes ſuffoſſi ſunt: ꝛ a gratia dei euulſi: ꝛ era-
dicati: ꝛ ipſi tepidi incenſi ſunt igne pꝛopꝛij amoꝛis: ꝛ ſup
bie: ꝛ ambitiõis: ꝛ auaritie: ꝛ libidinis occulte. Oẽs ergo
iſti dñe deus per vineã tuã diſperſi: ꝛ ꝯdenſati: non pmit
tunt ei facere fructus: qꝛ eoꝝ malis exemplis: ꝛ ſuaſioni-
bus paruuli: ꝛ ſimplices ſubuertuntur. Increpa ergo eos:
increpa dure: qꝛ dure ceruicis ſunt. Increpa gladio: pe-
ſte: ꝛ fame. (Ab icrepatione vultus tui peribũt.) Et de vi-
nea eijciẽtur: palmites ſubleuabunt: alie vites apponen-
tur: creſcent: fructum facient: extendent pꝛopagines ſuas
vſqꝫ ad mare: ꝛ vſqꝫ ad flumen peruenient. Quare obdoꝛ
mis domine? Surge domine: ꝛ fac.

¶ Fiat manus tua ſup virũ dextere tue: ꝛ ſup filiũ hoĩs:
quem ꝯfirmaſti tibi. Ueni domine noli tardare. (Deus iu
diciũ tuũ regi da: ꝛ iuſtitiã tuã filio regis.) Hic eſt enim vir
dextere tue: q ſedet ad dexterã tuam. Que eſt aũt dextera
tua? Tu enim inuiſibilis es: ꝛ icoꝛpoꝛeus. Ubi ergo dexte-
ra? vbi ſiniſtra? Gloꝛia tua eſt dextera tua. Singulariter
ergo de Chꝛiſto tuo dictũ eſt: q̃ ſedet a dextris tuis: qꝛ in
potioꝛibus bonis tuis gaudet. Sup oẽm pꝛicipatũ: ꝛ ptã-
tem: ꝛ virtutẽ: ꝛ ſup oẽ nomen: qđ noiat nõ ſolũ in hoc ſe
culo: ſed etiã in futuro. Quid eſt autem manus tua: niſi ptãs
tua. Si ergo dexterã manum habes: cur etiam ſiniſtrã nõ
habes? Poteſtatem enim habes puniendi: ꝛ gloꝛificandi.
(Dominus enim moꝛtificat: ꝛ viuificat: deducit ad inferos
ꝛ reducit: humiliat: ꝛ exaltat.) Poteſtas ergo puniendi
manus ſiniſtra eſt: poteſtas gloꝛificandi manus dextera
eſt. Fiat ergo manus tua: fiat poteſtas tua ſuper virum
dextere tue. Quomodo? Nonne poteſtas data eſt ei ab ini
tio? Ipſe enim dixit diſcipulis ſuis.

¶ Data eſt mihi omnis poteſtas in celo: ⁊ in terra. Quomodo ergo tu dicis. (Fiat manus tua ſuper virum dextere tue.) Data eſt: ſed non apparet. Fiat ergo vt appareat. Uident homines animales: ⁊ carnales ſeruos tuos irrideri: deſpici: maledici: ⁊ ſemper in aduerſis eſſe: ⁊ dicunt. Fides non eſt vera: nulla eſt prouidentia: decipiuntur chriſtiani: ⁊ ſic blaſphemant nomen tuum. Uident deinde ſuperbos: iniuſtos: auaros: blaſphematores: luxurioſos: ⁊ peruerſos homines proſperari: ⁊ nihil eis mali accidere. Et dicunt. Aut deus non eſt: aut prouidentiam non habet de rebus humanis: aut iniuſtus eſt. Poteſtatem ergo habes: ⁊ iudicia tua ſemper exerces: ſed non ſemper apparent: ⁊ ideo blaſphemant homines. (Fiat ergo manus tua: vt appareat ſuper virum dextere tue.) Da iudicium ei: quod appareat. Dei eſt: vt poteſtatem: quam habet: exerceat in conſpectu hominum. Ipſe enim eſt a te conſtitutus iudex viuorum: ⁊ mortuorum. Fiat ergo manus tua ſuper ipſum. Que manus? dextera: an ſiniſtra? fiat ſiniſtra: fiat ⁊ dextera. Siniſtra ſuper malos: dextera ſuper bonos. Appareat iudicium: appareat ⁊ miſericordia: vt ceſſent homines blaſphemare. Siniſtra quippe debilior eſt dextera: quia iudicium facis cum miſericordia: ⁊ in puniendo parcus es. Dextera autem tua fortis eſt quia largus es donator.)Aperis tu manum tuam) dexteram: videlicet tuam: ⁊ imples omne animal benedictione.) Fiat ergo ſuper virum dextere tue. Ad puniendos impios manus tua ſiniſtra: vt flagellentur: ⁊ conuertantur. Et ſi noluerint conuerti ad te: de vinea tua expellantur: ⁊ in igne inferni in perpetuum crucientur. Ut quid enim fruſtra terram occupant? Fiat autem ſuper virum dextere tue ad tuos fideles conſolandos manus tua dextera: vt large benedictione ſpiritus

ſancti gratia repleantur:vt edificetur vinee maceria : que
prohibeat pretergredientes viam:ꝛ aprum de ſylua:ſingu
laremq ferum non permittat intrare : vt creſcant palmi/
tes ꝛ fructum faciant. An forte bonum eſt : vt fiat etiam
ſuper virũ dextere tue vtraq manus tua ad fideles tuos?
Certe ita eſt. Manus enim ſiniſtra tua, manus flagellum
tenens manus percutiens faciet eos ad dexteram perma
nere. Flagellum enim in ſcholis retinet puerum:ferula,co
git ipſum adiſcere. Adhuc enim paruuli ſumus : quoniã
quãdiu ſumus in vita mortali:paruuli ſumus : idigemus
flagello:lacte paſcimur. (Cum autem venerit quod perfe/
ctum eſt:euacuabimus:que erant paruuli:) ꝛ tunc flagel/
lum ceſſabit. Bonum eſt ergo flagellum:veniat ergo fla/
gellum:veniat cito:fiat velociter manus tua ſuper filium
dextere tue:vt purgentur boni:vt proficiãtur iuſti:vt ex/
pellantur mali:vt pereant deſtruentes vineam. Et ſuper
filium hominis plantentur palmites. (Quem confirma/
ſti tibi.) Quem in eccleſia confirmaſti ad honorem tuũ.
Non enim totaliter ab eccleſia receſſit. Adhuc ſeruos ha
bes multos:ſed occultos:in quorum cordibus confirma
chriſtum tuum tibi:vt expulſis vinee vaſtatoribus:egre/
diantur ad operationem ſuam vſq ad veſperam. Ueni er
go domine:ꝛ coniunge nos cultoribus tuis: quos prepa/
raſti ad opus tuum. Serui tui ſumus.

¶ Et non diſcedimus a te:viuificabis nos:ꝛ nomẽ tuũ
inuocabimus.) Sine te eſſe non poſſumus. In te enim
viuimus mouemur:ꝛ ſumus. Et ideo non diſcedimus a
te : Uerba enim vite eterne habes. Ad quẽ ibimus ? Nõ
eſt deus preter te domine. (Quis enim fecit magnalia que
tu feciſti? Omnia quecunq voluiſti:feciſti in celo:ꝛ in ter
ra:in mari:ꝛ in omnibus abyſſis.) Strepat mundus:mur
murẽt homines:pſequant nos impij. Inſurgant oĩa ele/
mẽta:ſuſcitet deniq infernus cõtra nos nõ diſcedimus a

te: nulla creatura poterit nos ſeparare a charitate dei: que eſt in chriſto Jeſu domino noſtro. Non confidimus in viribus noſtris: nō egrediemur in virtutibus noſtris: ſed tu viuificabis nos. Gratiam tuā nobis abundanter tribues: virtutes donabis: auxilium ſpecialem in tribulatione prebebis: quo excitabimur ad feruorem charitatis. (Et nomen tuum inuocabimus.) Nomen tuum bonitas tua eſt. Non eſt.n. bonus: niſi ſolus deus. Tu ergo ſolus bonus. Tibi ſoli hoc nomen bene conuenit. (Nomē ergo tuum.) id eſt rem nominis tui ſignificatum nominis tui: hoc eſt bonitatem tuam: miſericordiam tuam inuocabimus vt adiuuet nos: et ſuccurrat nobis. Uel certe inuocare nomen tuum eſt conceptum tue bonitatis in mente formare. Eſt enim nomen mentis. Conceptus ergo bonitatis tue eſt nomen tuum. Non quilibet conceptus eſt nomen tuum: quod inuocatum ſaluat: ſicut ſcriptum eſt. (Quicunq; inuocauerit nomen domini ſaluus erit.) ſed conceptus bonitatis tue: qui prorumpit in amorem per fidem: et per ſupernaturale donum gratie. Hoc vere eſt nomen tuum. Quid eſt ergo inuocare nomen tuum: niſi intus concipere per fidem bonitatem tuam: et eam ſuper omnia diligere. (Nomen enim eſt vox ſignificatiua.) Quid eſt ergo inuocare nomen alicuius: niſi vocem ipſum ſignificantem formare? Ita inuocare labijs: et lingua nomen dei eſt vocem ipſum ſignificantem producere. Similiter cum ſit nomen mentale: inuocare mente nomen tuum: eſt conceptum te repreſentantem formare. Non ſaluat autem quilibet conceptus: ſed ille ſaluat: qui virtute fidei: que per dilectionem operatur: formatus fuerit. Igitur inuocabimus nomen tuum corde: inuocabimus labijs: et lingua: vt de bonitate tua inuocata auxilium tuum deſcendat ad nos bene diſpoſitos: et preparatos: qui intus per gratiam tuam cōcepimus nomen tuū.

Da ergo nobis virtutē: quia relicta omni cupiditate ter/
rena: conuertamur ad te ex toto corde noſtro: vt in tribu/
lationibus non deficiamus.

¶ Deus virtutū ɔuerte nos: ⁊ oſtēde faciē tuam: ⁊ ſalui
erimus.) Uere tu es deus virtutū: qui infirma mūdi ele/
giſti: ⁊ fortia queqꝫ ɔfudiſti. Quid enim infirmius cruce?
Quid magis ſtultum? Quid plus maledictū? Et ecce in/
finita virtute tua: hec maxima infirmitas: facta eſt nobis
maxima fortitudo. Hec ſtultiſſima fatuitas: facta eſt ho/
minibus ꝓfundiſſima ſapiētia: hec ſūma maledictio: facta
eſt nobis benedictio celeſtis: ⁊ pfectiſſima iuſtitia. O alti/
tudo diuitiarū virtutis: ⁊ ſapiētie: ⁊ bonitatis dei. Quod
enī īfirmū eſt dei: fortius eſt hoībus: ⁊ qđ ſtultū eſt dei: ſa/
piētius eſt hoībus. Fac nos dn̄e cognoſcere hāc tuā infi/
nitā virtutē: īſcrutabilē ſapiētiā: inextimabilē bonitatēꝫ:
vt ſciamus: qꝛ nō eſt alius deus p̄ter te dn̄e: ⁊ cōuertamur
ad te. (Deꝰ virtutū cōuerte nos: ⁊ oſtēde faciē tuā. (Oſtē/
de chriſtū tuū: crucifixū tuū: p quē cognoſcimus virtutē
tuā: ſapiētiā tuā: ⁊ bonitatē tuā. Quis vnqꝫ deus fecit ea:
que fecit filius tuus dn̄s nr̄ ieſus chriſtus pro nobis cru/
cifixus? Ipſe vniuerſūꝫ orbē ſine gladio ſupauit: oēs alios
deos ꝓſtrauit: tyrānos pdidit: vbiqꝫ in celo: ⁊ in terra triū/
phauit. Ipſe mūduꝫ p crucē ſuā illuminauit: bene viuere
docuit: doctrinā recte viuēdi dedit: qua nulla melior ex/
cogitari pōt. Ipſe oīa hominū genera ad ſuuꝫ amorē tra/
xit: qui relinquētes auꝝ: ⁊ argētū: ⁊ oēs huius ſeculi va/
nitates: atqꝫ ſemetipſos: ēt pro eius amore exquiſitiſſima
tormētoꝝ genera in martyrū: ⁊ crudelē mortē alacriter
ſuſtinuerūt. Quis audiuit vnqꝫ talia: aut qs vidit ſimilia?
Uere dn̄e Jeſu tu es deus magnus filius dei altiſſimi: rex
glorie: Deus virtutū: ⁊ nō eſt alius deus p̄ter te dn̄e: q cū
patre: ⁊ ſpū ſancto es vnus deus ſup oīa bn̄dictus. (Oſtē
de ergo nobis faciē tuā. A facie enim tua mota eſt terra: a

facie dei Jacob. Qui ↄuertit petrã in ſtagna:ꝛ rupẽ in fõ
tes aquaꝝ. Oſtẽde dñe faciẽ tuã:ꝛ ſalui erimus.) Nã ꝛ
patres noſtri ſalui facti ſunt:qꝛ oſtẽdiſti eis faciẽ tuã:vnde
laudãt ꝛ dicũt. (Nõ nobis dñe:nõ nobis:ſed nomini tuo
da gloriã. Sup miſericordia tua:ꝛ veritate tua.) Oſtende
ergo dñe faciẽ tuã:vt reprobi pereãt(qꝛ ante faciẽ tuã ibit
mors.) Oſtẽde faciẽ tuã vt electi tui charitate ferueant:ꝛ
ſalui erimus:ꝛ mũdus renouabit virtutibus:ꝛ gratia tua
decorabit. Letabũtur iuſti:ꝛ exultabũt:habitabitqꝫ popu
lus tuus in pace:ꝛ iugiter die:ac nocte laudabit te. Qui
cum filio tuo:ꝛ ſpiritu ſancto viuis:ꝛ regnas:deus bene/
dictus:per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Explicit expoſitio ſuper pſalmum.
Qui regis iſrael.

¶ Reuerendi patris fratris Hieronymi Sauonarole de
Ferraria:ordinis predicatorum:expoſitio in pſalmuꝫ.
Miſerere mei deus.

Infelix ego omnium auxilio deſtitutus, qui celum:
terramque offendi. Quo ibo? quo me vertam? ad
quem confugiam? quis mei miſerebitur? Ad celum ocu
los leuare non audeo: quia ei grauiter peccaui. In terra
refugium non inuenio: quia ſcandalum fui. Quid igi/
tur faciam? deſperabo? abſit. Miſericors eſt deus:pi/
us eſt ſaluator meus. Solus igitur deus refugium me/
um: ipſe non deſpiciet opus ſuum: non repellet ima/
ginem ſuam. Ad te igitur piiſſime deus triſtis: ac me/
rens venio: quoniam tu ſolus ſpes mea:tu ſolus refugiuꝫ
meum. Quid autem dicam tibi:cuꝫ oculos eleuare non
audeam? Uerba doloris effundam. Miſericordiam tuam
implorabo. Dicam.



Miſerere mei deus ſecundum magnam miſericordiã tuam.)Deus: qui lucem habitas inacceſſibilē. Deus abſconditus:qui oculis corporeis videri non potes:nec intellectu creato comprehendi:nec lingua hominum:ſeu angelorum explicari.Deus meus te incomprehenſibilem quero:te ineffabilem inuoco. Quicquid es:qui vbiqꝫ es.Scio enim te ſummã eſſe rē. Si tamen es res:ꝛ non potius omnium rerum cauſa:ſi tamen ꝛ cauſa:non enim inuenio nomen quomodo tuam ineffabilem maieſtatem nominare queam. Deus inquã: qui es quicquid in te eſt:tu es enim ipſa ſapientia tua:bonitas tua:potentia tua:ꝛ ſumma felicitas tua. Cum itaqꝫ ſis miſericors:quid es niſi ipſa miſericordia?quid autem ſum ego:niſi ipſa miſeria?ecce ergo:o miſericordia deus: ecce miſeria coram te : quid facies o miſericordia ? certe opus tuum. Nunquid poteris recedere a natura tua?Et quod opus tuū?miſeriã tollere:homines miſeros subleuare. Ergo(Miſerere mei deus.)Deus inquam miſericordia:tolle miſeriam meam.Tolle peccata mea : etenim ſunt ſumma miſeria mea.Subleua me miſerum:oſtende in me opus tuum.Exerce in me virtutem tuam. (Abyſſus abyſſum inuocat) abyſſus miſerie:inuocat abyſſum miſericordie.Abyſſus peccatorum:inuocat abyſſum gratiarum.Maior eſt abyſſus miſericordie q̄ꝫ abyſſus miſerie.Abſorbeat ergo abyſſus abyſſum.Abſorbeat abyſſus miſericordie:abyſſum miſerie(Miſerere mei deus ſecundum magnam miſericordiam tuam) Nō ſecundum miſericordiam hominum:que parua eſt. Sed ſecundũ tuam : que magna eſt:que immenſa eſt:que incomprehen-

ſibilis

ſibilis eſt. Que omnia peccata in imenſum excedit. Se-
cundum illam magnam miſericordiam tuam (qua ſic di
lexiſti mundum: vt filium tuū vnigenitum dares.) Que
maior miſericordia eſſe poteſt? que maior charitas? Quis
deſperare poteſt? quis non confidere? Deus factus eſt ho
mo: ⁊ pro hoibus crucifixus eſt (Miſerere ergo deus ſe-
cundum hanc miſericordiam tuam.) Qua filium tuum
pro nobis tradidiſti: qua per ipſum peccata mundi abſtu
liſti: qua per crucem eius omnes hoies illuminaſti: qua
ea que in celis: ⁊ que in terris per ipſum inſtauraſti. La-
ua me domine in ſanguine eius. Illumina me in humili
tate eius. Inſtaura me in reſurrectione eius. (Miſerere
mei deus.) Non ſecundum paruam miſericordiam tuā.
Parua enim miſericordia tua eſt: cum homines a corpo
ralibus miſerijs ſubleuas. Magna autem quādo peccata
dimittis: ⁊ homines ꝑ gratiā tuam ſuper altitudinē ter-
re ſuſtollis. Ita domine miſerere mei ſecundum hanc ma-
gnā miſericordiam tuā: vt me ad te conuertas: vt pecca-
ta mea deleas vt per gratiam tuam me iuſtifices.
¶ Et ſecundū multitudinem miſerationum tuarum de
le iniquitatē meā.) Miſericordia tua domine eſt abundā
tia pietatis tue: que miſeros pie reſpicis. Miſerationes
autē tue ſunt opera: ⁊ proceſſus miſericordie tue. Venit
maria Magdalena ad pedes tuos bone ieſu. Lachrymis
eos lauit: capillis abſterſit: indulſiſti ei: ⁊ in pace eam remi
ſiſti: hec vna miſeratio tua dn̄e. Petrus negauit: ⁊ cum
iuramēto deteſtatus eſt te: reſpexiſti eum: amare fleuit: in
dulſiſti ei. Et pricipem apoſtoloꝝ eū cōfirmaſti. Hec iteꝝ
miſeratio tua domine. Latro in cruce vnico verbo ſalua-
tus eſt.. Paulus in ꝑſecutionis feruore vocatus ſtatim
ſpiritu ſācto repletꝰ eſt. He ſunt miſeratiōes tue dn̄e. Defi
ciet omne tēpus: ſi oēs miſerationes tuas numerarē vellē.
Quot enim iuſti tot miſeratiōes: Nullus gloriari poteſt

C

in ſemetipō. Ueniāt oēs iuſti ſiue in celo: ſiue in terra: ⁊ interrogemus eos corā te. An ī virtute ſua ſalui facti ſint certe oēs vno corde: vno ore reſpondebunt.) Nō nobis domine: nō nobis: ſed nomini tuo da gloriā: ſuper miſericordia tua: ⁊ veritate tua. Nec enim ī gladio ſuo poſſederunt terram: ⁊ brachiū eoꝝ non ſaluauit eos: ſed dextera tua: ⁊ brachium tuum: ⁊ illuminatio vultus tui: quonam complacuiſti in eis:) ideſt non ex meritis eoꝝ: non ex operibus ſaluati ſunt. Ne quis gloriari poſſit: ſed quia ita placitum eſt coram te: quod ⁊ expreſſius de ſe ꝓpheta dixit. Cum ait. (Saluum me fecit quoniā voluit me.) Cum itaqꝫ tu ſis idē deus: (apud quē nō eſt trāſmutatio: nec viciſſitudinis obūbratio: (⁊ nos creature tue: ſicut ⁊ patres noſtri: q ex concupiſcentia nati ſunt peccatores: ſicut ⁊ nos: vnuſqꝫ ſit mediator dei: ⁊ hominum chriſtus Jeſus: qui manet in eternū. Cur miſerationes tuas nō effundis ſuper nos: quemadmodum ⁊ effudiſti ſuper patres noſtros? an oblitus es nr̄i? an nos ſoli peccatores? an non pro nobis mortuus eſt Chriſtus? An nulle amplius ſup ſunt miſericordie. Dn̄e deus noſter: te rogo te obſecro. (Dele iniqtatē meā ſ᷑ multitudinē miſerationū tuaꝝ.) Nā multe: ⁊ infinite ſunt miſeratiōes tue. Una mihi ſufficit: vt. vz ſ᷑m multitudinē miſerationū tuaꝝ deleas iniqtatē meā: vt ſicut inumerabiles peccatores traxiſti ſuſcepiſti: ⁊ iuſtos reddidiſti. Jta me trahere: ſuſcipe: ⁊ iuſtū ꝑ gratiā tuā reddere digneris (ſ᷑ ergo multitudinē miſerationū tuaꝝ dele iniqtatē meā.) Abſterge cor meū: vt omni iniqtate deleta: ac omni imūditia expulſa: fiat ſicut tabula mūda: in qua digitus dei legem charitatis ſue ſcribat: cum qua habitare nulla poteſt iniquitas.

¶ Amplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo munda me.) Fateor domine: ſemel deleſti iniquitatem meam. Deleſti iteꝝ: lauaſti me milies. Adhuc laua me ab

iniquitate mea:q; iteꝝ cecidi.Nunqd ad certum numeꝝ parcis homini peccatori? Qui Petro interroganti(quotiens peccabit in me frater meus:⁊ dimittam ei:ſepties? Reſpondiſti(Non dico tibi ſepties:ſed ⁊ ſeptuagieſſepties)numerum finitum pro infinito accipiens.Nunquid ergo indulgentia ſuperaberis ab homine. Nonne maior deus homine? nonne melior homine? quin imo deus magnus dominus.(Et vniuerſa vanitas omnis homo viuens)⁊ ſolus deus bonus:omnis autem homo mendax.Nonne tu dixiſti.(Quacunq; die ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor.) Ecce ego peccator ingemiſco(quia corrupte ſūt cicatrices mee a facie inſipientie mee.Miſer factus ſum:⁊ curuatus ſum vſq; in finem. Tota die contriſtatus ingredior ad te. Afflictus ſum: ⁊ humiliatus ſum valde: rugio a gemitu cordis domine: ante te omne deſiderium meum ⁊ gemitus meus ad te non eſt abſconditus: cor meum conturbatum eſt in me: dereliquit me virtus mea: ⁊ lumen oculorum meorum;⁊ ipſum non eſt mecum.(Cur ergo dn̄e non deles iniquitatē meā.)Et ſi iam deleſti eaꝫ.(Secundū mul.miſerationū tuarū amplius laua me ab ini.mea.)Adhuc enim impfecte mūdatus ſū:pfice opus tuum.Tolle culpaꝫ vniuerſam:tolle reatū:adauge lumē: accende cor meum charitate tua:expelle timorem q̄ perfecta charitas foras mittit timorē.Amor mūdi:amor carnis:amor gl'ie:amor proprius prorſus a me recedant. Amplius:⁊ magis:ac magis.(Laua me ab iniquitate mea.) Qua contra proximum peccaui.(Et a peccato meo) quo deum offendi.(Munda me.) Ut non ſolum culpā: ⁊ reatum:ſed etiā peccatorū fomitē deleas.(Laua me.) Jnquam aqua gratiarum tuarum.(Aqua):de qua:qui biberit non ſitiet in eternum.Sed fiet in eo fons aque ſalientis in vitam eternam. Laua me aqua lachrymarum

mearum: laua me aqua ſcripturarũ tuarũ: vt inter eos cõ numerari valeam. Quibus dixiſti (iam vos mundi eſtis propter ſermonem meum.)
¶ Quoniam iniqtatem meam ego cognoſco: ⁊ peccatum meum contra me eſt ſemper.) Quamuis enim ex intuitu miſericordie tue: ⁊ miſerationum tuarum domine fiducialiter ad te confugiam. Non tamen venio ſicut phariſeus: qui ſanctus apud ſe orabat: immo ſeipſum laudabat. Et proximum ſuum deſpiciebat: ſed ſicut publicanus q nec audebat ad celum oculos leuare. (Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco.) Dum enim peccata mea penſo: non audeo ſurſum oculos leuare: ſed cum publicano humiliatus dico. (Deus propitius eſto mihi peccatori) nam inter ſpem: ⁊ metum anima mea fluctuat: ⁊ modo timore peccatorum: que in me cognoſco: deſpero. Modo ſpe miſericordie tue ſubleuor. Uerum quia maior eſt miſericordia tua q̃ miſeria mea: ſemp in te domine ſperabo ⁊ miſericordias tuas in eternum cantabo. Scio enim: q non vis mortem peccatoris: ſed vt conuertatur: ſed vt iniquitatem ſuam cognoſcat: ſ3 vt peccatũ deſerat. ⁊ ad te veniat: ⁊ viuat. Deus meus da mihi: vt in te viuam. (Quoniam iniqtatẽ mea3 ego cognoſco.) Scio enim q̃ grauis ſit: q̃ multa: q̃ pernitioſa. Non ignoro eam: non abſcondo: ſed eam ante oculos meos ſiſto: vt lauem eam lachrymis: vt confitear aduerſum me iniuſtitiam meam domino: (nam ⁊ peccatum meum) quo ſuperbe contra te egi. (Contra me eſt ſemper) Ideo contra me: quia contra te peccaui: vere contra me: quia contra animam meã: quia ante iudicẽ ſemper me accuſat: quia ſemper: ⁊ vbiq3 me damnat: ⁊ adeo contra me: vt ſit ſemper coram me: opponens ſe mihi: ne ad te mea tranſeat oratio: vt a me tollat miſericordiã tuã: vt eam impediat: ne ad me trãſire poſſit. Ideo cõtremiſco: idẽ igemiſco: ideo miſericordiam tuã im-

ploro:ſicut ergo dñe tu mihi donaſti cognoſcere iniqtatē meā:z flere peccatum meū:ita perfice contritionē meā: imple confeſſionem meam:perduc ad finem ſatiſfactionē meam.(Omne enim datū optimū:z omne donū perfectum deſurſum eſt deſcedens a te patre luminum.)
¶Tibi ſoli peccaui:z malum corā te feci:vt iuſtificeris in ſermonibus tuis:z vincas cum iudicaris.
¶Nimium tibi ſoli peccaui:q mihi precepiſti:vt diligerem te propter te:z creaturarū amorem ad te referrē.Ego autem dilexi creaturam magis q̄ te diligens propter ſe. Quid eſt autem peccare:niſi amore inherere creature propter ſe?quid autem hoc niſi facere contra te?certe q amat creaturam ꝓpter ſe:facit creaturam deum ſuū:(ego itaq tibi ſoli peccaui:q creaturam deū meū conſtitui:abieci ergo te:z tibi ſoli iniuriam feci.Nō enim contra aliquam creaturam peccaui:ſi finem meū in re creata conſtitui:q non mihi preceptum fuit:vt aliquam creaturā diligerē propter ſe.Si enī mihi mandaſſes:vt angelum ſolū propter ſe amarem:z ego pecuniā propter ſe dilexiſſē:vtiq angelo peccaſſem:at cum tu ſolus diligendus propter te ſis:z creatura amanda ſit in te:z ad te : equidem tibi ſoli peccaui:quando propter ſe creaturā amaui:ſed quod deterius eſt.(Et malum coram te feci.)Non enim erubui peccare coram te.O deus quot peccata cōmiſi coram te: que nullo pacto corā hoībus perpetraſſem:imo que nullo modo hoīes ſcire voluiſſent:timui magis hoīes q̄ te: quia cecus eram:z cecitatem amabam:ideo nec videbā: nec conſiderabam te:oculos ſolum carnis habebā: ideo ſolum homines:qui caro ſunt:cernebam:eoſq timebā. Verū tu omnia peccata mea intuebaris:z enumerabas ea:ideo nec ea celare tibi:nec tergiuerſare:nec fugere a facie tua potero.(Quo ibo a ſpū tuo?z quo a facie tua fugiam?)Quid igitur faciā?quo me vertam?quem ueniā

defenſorem?quem obſecro?niſi te deus meus?Quis adeo
bonus?quis ita pius?quis tam miſericors:qui pietate oēs
creaturas incomprehenſibiliter ſuperas:tibi enim ꝓprius
eſt miſereri:⁊ parcere(qui oīpotentiam tuam maxime par
cendo:⁊ miſerādo manifeſtas.)fateor domine tibi ſoli pec
caui:⁊ malum coram te feci:miſerere mei: ⁊ oīpotentiam
tuam manifeſta in me:vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.
Nam tu dixiſti(non veni vocare iuſtos:ſed peccatores ad
penitētiā)iuſtificare dn̄e in ſermonibus tuis.Uoca me:ſu
ſcipe me:da mihi agere fructū penitentie:ꝓpter hoc eniz
crucifixus es:propterea mortuus es:⁊ ſepultus. Dixiſti
etiam(cum exaltatus fuero a terra:omnia traham ad me
ipſum)iuſtificare in ſermonibus tuis:(trahe me poſt te:
curremus in odorem vnguentorum tuoruz.)Dixiſti ite-
rum(venite ad me omnes:qui laboratis:⁊ onerati eſtis:⁊
ego reficiaz vos.)Et ecce venio ad te onuſtus peccatis:la
borans die:ac nocte in gemitu cordis mei:refice me domi
ne(vt iuſtificeris in ſermonibus tuis:⁊ vincas cum iudi-
caris.) Nam multi dicunt(non eſt ſalus illi in deo eius:
deus dereliquit eum)vince dn̄e iſtos: cū iudicaris ab eis:
ne derelinquas vſquequaq;.Da mihi miſericordiam:⁊ ſa
lutem:⁊ victi ſunt.Aiunt enim:ꝙ mei non miſereberis:
ꝙ me proÿcies a facie tua: quia me amplius non ſuſci-
pies:ita iudicaris ab hominibus:ita de te loquuntur ho-
mines:hec ſunt eorum iudicia:ſed tu pius:tu miſericors:
miſerere mei:⁊ vince eorum iudicia:oſtende in me miſe-
ricordiam tuam:laudetur in me pietas tua:fac me vnum
de vaſis miſericordie tue.(Ut iuſtificeris in ſermonibus
tuis:⁊ vincas cum iudicaris.)Te eniz homines iudicant
rigidum:⁊ ſeuerum:vince tua pietate ⁊ dulcedine iudi-
cium eorum:vt diſcant homines peccatoribus miſereri:
⁊ accendantur delinquentes ad penitentiam:videntes in
me pietatem:⁊ dulcedinem tuam.

¶ Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: ⁊ in pec/
catis concepit me mater mea. Me reſpicies domine gra/
uitatem peccatorum meorum: ne conſideres multitudi/
nem: ſed agnoſce figmentum tuum: (recordare quoniam
puluis ſum: ⁊ omnis caro fenum. Ecce enim in iniquita/
tibus cõceptus ſuȝ: ⁊ in peccatis ꝯcepit me mater mea.)
Mater inquam carnalis ex concupiſcentia me concepit:
⁊ in ea peccatum originale contraxi. Quid autem eſt pec/
catum originale: niſi priuatio iuſticie originalis: ⁊ rectitu/
dinis totius hominis: ideo homo conceptus: ⁊ natus in
huiuſmodi peccato. Totus obliquus eſt: totus curuus (ca
ro concupiſcit aduerſus ſpiritum) ratio debilis eſt: volun
tas infirma: homo fragilis: ⁊ ſimilis vanitati: ſenſus deci/
piunt eum: imaginatio fallit: ignorantia ducit eum per in/
uium: infinita habet obſtacula: que ipſum a bono retra/
hunt: ⁊ ad malum impellunt: peccatum itaqȝ originale
radix eſt omnium peccatorum: fomes omnium iniquita/
tuȝ: q̃uis enim in quolibet homine ex natura ſua ſit vnũ:
virtute tamen eſt omnia peccata. Vides itaqȝ domine qd
ſum: ⁊ vnde ſum: in peccato enim originali: quod omnes
iniquitates: ⁊ omnia peccata continet (conceptus ſum: ⁊
in eo concepit me mater mea.) In peccatis ego totus na/
tus: ⁊ laqueis vndiqȝ circundatus quomodo effugere po
tero? nõ enim qd volo: hoc ago: ſed qd nolo malũ: hoc fa/
cio: (qa iuenio aliã legẽ i mẽbris meis: repugnãtẽ legi mẽ/
tis mee.) ⁊ captiuãtẽ me in lege pcti: ⁊ mortis. Ergo itaqȝ
magis pietas tua me ſubleuet: quo me fragiliorẽ: ⁊ tot la/
queis circũdatũ intuet. Quis eni nõ miſereat ifirmo? qs
nõ cõpatiat lãguido? Veni: veni dulcis ſamaritane: ⁊ vul/
neratũ ſemiuiuũ ſubleua: ⁊ vulnera mea cura: vinũ: ⁊ oleũ
infunde: pone me ſup iumẽtũ tuũ: duc in ſtabulũ: cõmẽda
me ſtabulario: pfer duos danarios: ⁊ dic ei: (Quicquid ſu
per erogaueris: ego cum rediero reddam tibi.)

¶ Ecce enim veritatem dilexiſti:incerta:⁊ occulta ſapiẽ
tie tue manifeſtaſti mihi. Ueni dulciſſime ſamaritane. (Ec
ce enim veritatem dilexiſti.) Ueritatem inquam promiſ-
ſionum:quas humano generi feciſti:eas nimiruꝫ dilexiſti
quia eas feciſti:⁊ ſeruaſti. Nam tuum diligere:ipſuꝫ eſt be
nefacere:in teipſo.n.imutabilis es:nec ſicut nos mó amas:
modo non amas:vt actus tue dilectionis tranſeat ⁊ rede-
at. Sed tu es totus amor:qui nunq̃ꝫ mutatur. (Deus.n.
charitas eſt) tuum itaqꝫ diligere creaturã:eſt ei benefacere
⁊ quibus melius facis:hos magis diligis. Quid eſt ergo
tuum diligere veritatem:niſi facere:⁊ ſeruare veritatem?
Habrae promiſiſti filiũ:cum iã eſſet ſenex:⁊ Sarra ſterilis
⁊ vetula:promiſſionem ſeruaſti:qꝛ veritatẽ dilexiſti. Filijs
iſrael terrã fluentẽ lac ⁊ mel ſpoſpondiſti:⁊ tandem tradi
diſti:qꝛ veritatẽ dilexiſti. Dauid pollicitus es dicens. (De
fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam:) factum eſt
qꝛ veritatem dileſti. Innumerabiles fuere promiſſiones
tue:in q̃bus ſemper fidelis fuiſti:quare ſemp fidelis fuiſti?
qꝛ veritatem dilexiſti. Peccatoribus ad te confugiẽtibus
veniã:⁊ gratiam promiſiſti ⁊ neminem vnq̃ꝫ fraudaſti:qꝛ
veritatẽ dilexiſti. Filius ille prodigus:qui abijt in regio-
nem longinquam:⁊ diſſipauit vniuerſam ſubſtantiã ſuaꝫ
viuendo luxurioſe:⁊ ad ſe reuerſus venit ad te dicẽs. Pa
ter peccaui in celum:⁊ coram te:iam non ſum dignus vo
cari filius tuus:fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis:
cum adhuc longe eſſet:oculis tue pietatis intuitus es euꝫ
occurriſti ei:cecidiſti ſuper collum eius. Et oſculatus es
eum:ꝓtuliſti ſtolam primaꝫ:annuluꝫ in manu eius:⁊ cal-
ciamenta in pedes eius poſuiſti:vitulum ſaginatum occi
diſti. Totam domum letificaſti dicens (letemur:⁊ epule-
mur:qꝛ hic filius meus mortuus fuerat:⁊ reuixit:perie-
rat:⁊ inuẽtus eſt.) Cur hec domine deus? nempe quia ve
ritatem dilexiſti:dilige ergo pater miſericordiarum hanc

veritatē in me: qui ad te reuertor de regione lōginqua: oc
curre mihi: et oſculum oris tui da. Redde prima ornamē
ta: trahe me in domum tuā: occide vitulū ſaginatum: vt
in me letentur oēs: qui ſperāt in te. Et pariter epulemur
in conuiuijs ſpūalibus. Num domine mihi ſoli non cu/
ſtodies hanc veritatē (ſi iniq̄tates obſeruaueris domine:
domine quis ſuſtinebit.) Eqdem nō obſeruabis iniquita
tes: q2 veritatem dilexiſti. Dilexiſti qdem imenſo amore:
que nāq3 eſt veritas: quam dilexiſti? Nonne filius tuus?
qui dixit (ego ſum via: veritas et vita: ipſe enī eſt veritas:
a qua oīs veritas in celo et in terra nolatur: hanc igitur di
lexiſti: et in ea ſola tibi cōplacuiſti Et quid eſt: q2 in ea ſo/
la tibi cōplacuiſti? q2 eam ſolā ſine macula inueniſti et pro
peccatoribus eā mori voluiſti. Cuſtodi ergo deus hāc ve
ritatem. Ecce ego peccator magnus: in quo tu cuſtodias
eam cui tu idulgeas peccata multa: quē ſanguine chriſti
tui abluas: quem per paſſionem eius redimas. Cur domi
ne hanc de filio tuo notitiā: cur hanc de eo fidē tradidi/
ſti mihi? Num vt maiori afficiar dolore: videns redēptio
nem meam: et minime attingēs eam? abſit. Sed tu intelli/
gens mihi paratam veniam: apprehendam illam p chriſtī
gratiā. Redime ergo me domine: nā (Incerta et occulta
ſapientie tue manifeſtaſti mihi.) Ut hec ipſa cognitio me
adiuuet: et ad ſalutē perducat: hec profecto non cognoue/
runt philoſophi: hec fuerunt eis incerta: hec erant eis pe
nitus occulta hec ante incarnationē filij tui: exceptis pau
cis: quos tu dilexiſti: nullus hominum cognouit. Scruta
tores cordis curioſiſſimi: ſapientes dico huius ſeculi trās
celum oculos leuauerunt: et hanc tuam ſapientiam inue/
nire non potuerunt: (q2 abſcondiſti hec a ſapientibus: et
prudentibus: et reuelaſti ea paruulis). i. humilibus piſca/
toribus: et ſanctis prophetis tuis qui ea nobis tradide/
runt: ſi ergo incerta: et occulta ſapientie tue ſcripturarū q3

tuarũ manifeſtaſti mihi. Cur fruſtra ea cognoſco? fruſtra aũt cognoſco illa: ſi me ad ſalutem non perducunt. Nã ⁊ philoſophi cum cognouiſſent deum: non ſicut deum glorificauerunt: aut gratias egerunt: ſed euanueret in cogitationibus ſuis. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes: ſtulti facti ſunt: num de numero iſtorum me eſſe patieris? abſit. Tu es.n. ipſa miſericordia: que penitẽtes nunq̃ deſerit. Parce ergo domine: parce famulo tuo: ⁊ iube ipſum eſſe in numero paruulorum tuorum: ⁊ incerta: ⁊ occulta ſapientie tue: que manifeſtaſti ei: ducant eum ad fontem ſapientie: que eſt in excelſis: vt lauderis in opere miſericordie tue: quam feceris cum ſeruo tuo domine: qui nunq̃ deſeris ſperantem in te.

¶ Aſperges me domine yſopo ⁊ mundabor: lauabis me: ⁊ ſuper niuem dealbabor. Quia domine veritatem dilexiſti: ⁊ incerta: ⁊ occulta ſapientie tue manifeſtaſti mihi: ſpẽ magnam concepi: ⁊ confido: q̄ non repelles me a facie tua. (aſperge me yſopo: ⁊ mundabor) yſopus eſt herba humilis: calida: ⁊ odorifera: que quid aliud ſignificat q̃ filium tuum dominum noſtrum Jeſum chriſtum: (q humiliauit ſemetipſum vſq; ad mortem: mortem autẽ crucis) q calore ſue immenſe charitatis dilexit nos (⁊ lauit nos a peccatis nr̃is in ſanguine ſuo) qui odore bonitatis: ⁊ manſuetudinis ſue: atq; iuſtitie totum mundum ſuauitate repleuit: hoc ergo yſopo aſp̄ges me: qñ virtutem ſanguinis eius effundes ſup me: qñ p fidẽ habitat chriſtus in me: qñ p dilectionem ei cõiunctus fuero: qñ humilitatem eius: ⁊ paſſionẽ imitabor. Tunc mundabor ab oĩbus imũditijs meis. Tunc lauabis me lachrymis meis: a chriſti amore fluentibus: (tunc laborabo in gemitu meo: lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.) Tunc ergo lauabis me: ⁊ ſuper niuem dealbabor. Nix enim candida eſt: ⁊ frigida. Jta

pꝛofecto domine:ſi me yſopo aſperſeris:ſuper niuem de/
albaboꝛ:qa tua maxima luce perfundar:que oēm coꝛpoꝛa
lem ſuperat candoꝛē.Et ꝑ eā amoꝛe celeſtiū bonoꝝ accē/
ſus:oēs carnis affectus relinquā frigidus ad terrena:⁊ ad
celeſtia inflammatus.

¶ Auditui meo dabis gaudium:⁊ letitiam:⁊ exultabūt 8
oſſa humiliata.)Tunc.n.dñe oꝛabo ad te:⁊ mane.i.initio
lucis tue exaudies vocē meā(.Audiamqꝫ quid loquatur
ī me domine deus:qm̄ loquet pacē i plebē ſuā.)Dabiſqꝫ
mihi pacē dñe:pacē dabis mihi:qa in te ſpaui. (Auditui
meo dabis gaudiū:⁊ letitiaꝫ)cum audiam:quod audiuit
Maria.Et quid audiuit Maria?De illa loquoꝛ:que fle/
uit ſecus pedes tuos:quid igitur hec audiuit?(fides tua
te ſaluam fecit. Uade in pace:)audiamqꝫ quod audiuit
latro:(hodie mecum eris in paradiſo.)Gaudium itaqꝫ
mihi erit de remiſſione peccatoꝛum:letitia de pꝛomiſſio/
ne bonoꝛum.Nunquid non gaudebo? Et non letaboꝛ:
qñ reddes duplicia ꝓ oibus pctis meis.Tunc guſtare in
cipiam?qm̄ dulcis es dñe:tūc diſcā in celeſtibus habitare:
tunc dicam cuꝫ ꝓpheta:(qꝫ magna multitudo dulcedi/
nis tue dñe:quā abſcondiſti timētibus:)tūc gaudebo : ⁊
letaboꝛ.(Et exultabūt oſſa humiliata.)Quid ſunt oſſa:
que carnē ſuſtinēt:niſi aie rōnalis vires: que carnis nr̄e
fragilitatē poꝛtāt ne i oia vitia fluat:ne totus hō efficiat
caro:penituſqꝫ tabeſcat:oſſa ergo hec humiliata ſūt:qa ni
mis debilitata ē rō:⁊ volūtas ad malū valde pꝛona. Jam
iā nō caro obedit rōni.Sed ratio carni:vitijs reſiſtere nō
poſſum:qa oſſa mea humiliata ſunt.Et quare humiliata
qa reliquerūt te fontem aque viue.Et foderūt ſibi ciſter/
nas diſſipatas:que cōtinere nō aulent aquas : qa grā tua
nō ſūt replete:ſine qua nemo pōt bñ viuere:ſine te eni ni
hil poſſumus facere.Cōfidebat in virtute ſua : que non
erat virtus.Ideo defecerunt in ſtultitia ſua : veniat er/

go virtus tua domine:ꝛ exultabunt oſſa humiliata.)Ue
niat gratia tua:veniat fides:que per dilectioneͤ operatur.
Ueniāt virtutes ꝛ dona(ꝛ exultabūt oſſa humiliata)exul
tabit quippe ratio:letabit memoꝛia : gaudebit voluntas:
nimirū exultabunt:qꝛ extra ſe ſaliēt.Dū ad bona opa pꝛo
dibunt:virtute magna exercebuntur in eis:nec deficient:
ſed te iuuante ad finem vſqꝫ perducent.

¶Auerte faciem tuaꝫ a peccatis meis:ꝛ oēs iniquitates
meas dele.)Cur domine reſpicis peccata mea?cur nume/
ras ea?cur adeo diligenter conſideras?nunquid neſcis:qꝛ
homo tanqꝫ flos agri?cur non reſpicis potius in faciem
chꝛiſti tui?heu me miſerum.Cur video te mihi iratū:pec
caui:fateoꝛ.Sed tu benignus miſerere mei.(Auerte faciē
tuam a peccatis meis.)Facies tua:cognitio tua eſt.Auer/
te itaqꝫ cognitionem tuam a peccatis meis. Non loquoꝛ
de cognitione ſimplicis appꝛehenſionis:qꝛ oia ſemper vi/
des.Sed de cognitione appꝛobationis:ꝛ repꝛobationis:
qua opera iuſtoꝛum appꝛobas ꝛ peccata impioꝝ repꝛobā/
do condēnas.Noli mea peccata ita cognoſcere : vt mihi
imputes ea.(Sed auerte faciē tuā a peccatis meis.)Ut p
miſericoꝛdiam tuaꝫ deleanꝭ.Reſpice domine aīam:quam
creaſti:reſpice imagineꝫ tuā:quaꝫ foꝛmaſti Tu enim crea/
ſti eam ad imagineꝫ tuā:ꝛ ego miſer ſupinduxi imagineꝫ
diaboli.Auerte domine faciē tuaꝫ ab imagine diaboli.Ut
non iraſcaris mihi:ꝛ reſpice imagineꝫ tuā:vt miſerearis
mei o miſericoꝛs domine.Recoꝛdare:qꝛ Zacheum aſcēdē
tem in arboꝛeꝫ ſicomoꝝ reſpexiſti:ꝛ in domum eius deſcē
diſti:quod plane nunqꝫ feciſſes:ſi imagineꝫ diaboli in eo
reſpexiſſes:ſed qꝛ imaginem tuā in eo vidiſti: compaſſus
es ei:ꝛ ſalutem ei tribuiſti:ipſe male ablata reſtituere qua/
druplicata:ꝛ dimidium bonoꝛum ſuoꝛuꝫ pauperibus ero
gare pꝛomiſit.Et conſecutus eſt miſericoꝛdiam:ꝛ ſaluteꝫ:
ego me totum trado tibi:nihil mihi reſeruo:tibi ſemper

ſeruire ſincero corde promitto:vota mea reddam omni/
bus diebus vite mee.Cur ergo domine in me quoq; non
reſpicis imaginem tuam?Ut quid adhuc pecata mea ꝯſi
deras? (Auerte obſecro faciem tuam a peccatis meis :⁊
omnes iniquitates meas dele.)Omnes ergo dele vt nul
la remaneat.Scriptuꝫ eſt enim. (Qui totam legem ſer/
uauerit:in vno autem offenderit:factus eſt omnium re/
us.)ideſt factus eſt reus gehenne:que eſt pena omnium
peccatoꝝ:que ducunt ad mortem:dele ergo. omnes ini/
quitates meas:ne vlla te offendat:que me omnium reum
faciat.

❡ Cor mundum crea in me deus:⁊ ſpiritum rectum in/
noua in viſceribus meis. Nam cor meum dereliqt me:
nunq̄ꝫ de me cogitat ſue ſalutis penitus oblitum:per de/
uia vagatur:peregre ꝓfectum eſt. Sequitur vanitates:⁊
oculi eius in finibus terre.Uocaui ipſuꝫ:⁊ non reſpondit
mihi:abijt pijt:i pctis venundatum eſt:qd ergo dn̄e: qd
dicā.(Cor mūdū crea in me deus.)Cor humile:cor man
ſuetū:cor pacificū:cor benignum:cor pium:qd nulli infe
rat malū:quod malū pro malo nō reddat.Sed pro malo
bonū:quod te ſup oīa diligat.Te ſemp cogitet : de te lo/
quat:tibi gratias agat:in hymnis:⁊ canticis ſpiritualibꝰ
delectetur:in celis conuerſetur.Cor tale crea in me deus:
ex nihilo produc illud.Ut quale nō poteſt eſſe p naturā:
fiat tale p gratiā:hec enim a te ſolo p creationem in ani/
mam venit:hec eſt forma cordis mundi: hec omnes vir/
tutes ſecum trahens oīa vitia pariter expellit . Cor itaqꝫ
mundū p gratiam tuam.(Crea in me deus:⁊ ſpiritum re
ctum innoua in viſceribus meis.Spiritus eniꝫ tuus de
ducet me in viā rectā:)quia me a terrenis effectibus pur
gabit:⁊ ad celeſtia ſubleuabit. Amās enim ⁊ amatū ſunt
vnū:qui ergo amat corpora:corpus eſt.Qui vero ſpiritū
diligit:ſpūs eſt.Da mihi ſpm̄ te amantem : teqꝫ ſummū

ſpiritum adorantem.(Nam ſpiritus eſt deus: ꝛ eos: qui adorant eum in ſpiritum: ꝛ veritate oportet adorare.)Da ſpiritum rectum: non que ſua: ſed que tua ſunt querentē (innoua ſpiritum rectum in viſceribus meis:) innoua: quia primum: quem mihi dederas: peccata mea extinxerunt. Da ſpiritum nouum: qui innouat quod inueteratum eſt. Nam anima mea ſpiritus eſt: ꝛ a te ita creata: vt in ſe recta ſit: ex natura enim ſua te ſuper ſe amat: ꝛ propter te omnia deſiderat: nam amor naturalis rectus eſt: eo ꝙ a te eſt: ſed ex praua voluntate ſua in peccatis inueteratus eſt. Et amorem naturalem contabeſcere fecit: innoua ergo hunc ſpiritum: ꝛ hunc amorem per gratiam tuam. Ut recte incedat ſecundum ſuam naturam: innoua in viſceribus meis: vt intus radices ita firmet: vt nūꝗ͡ amplius poſſit euelli: innoua inꝗ͡ in viſceribus meis vt ſemp amore celeſti me vrat: ſemper me faciat ad te ſuſpirare: te iugiter amplecti: ꝛ nunꝗ͡ deſerere.

¶ Ne proycias me a facie tua: ꝛ ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.) Ecce domine ſto ante faciem tuam: vt inueniam miſericordiam tuam: ſto ante bonitatem: ꝛ benignitatem tuam. Expecto gratam reſponſionem tuam ne proycias me a facie tua confuſum: quis vnꝗ͡ domine venit ad te: ꝛ confuſus abſceſſit? Quis rogauit faciem tuam ꝛ vacuus abijt? (certe abundantia pietatis tue: ꝛ merita ſupplicum excedis: ꝛ vota:) pluraqꝫ preſtas quam homines deſiderare: aut intelligere poſſint: a ſeculo non eſt auditum: ꝙ venientem ad te reieceris a facie tua confuſum. Nunquid domine primus ero a facie tua proiectus? An a me vis initium habere confundendi venientes ad te: num amplius non vis miſereri: ꝛ parcere? abſit. Chananea te ſequebatur: clamabat vocibus aera implebat. Diſcipulos tuos ad compaſſionem prouocabat. Et tu tacebas ipſa perſeuerabat pulſans: te adorabat di

cens.(Domine adiuua me.) At tu nec ſic reſpondebas. Diſcipuli rogauerunt pro ea dicentes(dimitte eam:quia clamat poſt nos)quid obſecro?quid domine eis reſpon/diſti?equidem:q̄ inaniter flebat:q̄ fruſtra laborabat. Dixiſti enim(non ſum miſſus:niſi ad oues: que perierant: domus iſrael.)Quid hoc audito debuit chananea face/re?vtiq̄ʒ de gratia:quam deſiderabat: deſperare? nec tñ deſperauit:ſed confidens de tua miſericordia iteruʒ:atq̄ʒ iterum rogabat dicēs.(Domine adiuua me)cui importu ne inſiſtenti domine r̄ndiſti:(non eſt bonum tollere panē filiorum:ꝛ mittere canibus)ac ſi patēter dixiſſes: recede a me.Uos chananei canes eſtis:immundi eſtis: idolatre eſtis:dona gratiarum celeſtium ad vos non pertinet:non debeo ea tollere iudeis deum verum colentibus: ꝛ dare vobis canibus demones adorantibus:quid nunc facies o Chananea?Erubeſce iam:ꝛ recede:quia iratus eſt do/minus:non ſolū tibi:ſed ꝛ vniuerſe genti tue:quis domi ne deus ad hec tua vẽba confuſus nō receſſiſſet:quis nō ſubmurmuraſſet:quis non te crudelem iudicaſſet: ꝛ tñ hec ipſa mulier in oratione pſtitit:ſpē non amiſit:verba dura non egretulit:non irata eſt:ſed magis humiliata: ꝛ in petitione perſiſtens confidenter dixit(etiam domine) verum eſt quod dicis:ſed panem non peto: gr̄as filiorū non poſtulo quia catula ego ſuʒ. Micas peto(que cadūt de menſa filiorum tuorum:)ipſi miraculis:ꝛ gratijs abun dent:mihi autem hec minima gratia non negetur: vt fi/lia mea a demonio liberetur(nam ꝛ catelli edunt de mi/cis:que cadunt de menſa dominorum ſuoꝝ.)Ecce quan/ta fides: quanta fiducia:quanta humilitas.Jdeo tu non iratus de eius importunitate: ſed gauiſus de illius vir/tute dixiſti:)O mulier: magna eſt fides tua:fiat tibi ſicut vis.)Cur hec ſcripta ſunt domine deus?vt diſcamus in te ſperare:vt i oratiōe pie:ꝛ humiliter pſeueremus: ga da

re vis:ſed regnum celo:um vim patitur:ꝛ violenti rapi/
unt illud:(quecunq; ſcripta ſunt:ad noſtram doctrinam
ſcripta ſunt vt per patientiam:ꝛ conſolationem ſcriptu/
rarum ſpem habeamus)Ne ergo proijcias me a facie tua
domine:qui die:noctuq; ante faciem tuam flens:ꝛ eiulãs
ſto:non vt me liberes a demonis oppreſſione corpo:alis:
ſed vt animam meam eripias ab eius poteſtate ſpiritalis:
ne me confundas bone ieſu:quia in te ſolo ſpero:non eſt
mihi ſalus:niſi in te domine.(Omnes enim derelinque
runt me.)Nã ꝛ fratres:ꝛ filij mei abiecerunt me : ꝛ viſce
ra mea abominantur me:neminem amplius habeo adiu
torem preter te(Ne ergo proijcias me a facie tua: ꝛ ſpiri/
tum ſanctum tuuz ne auferas a me.)Nemo poteſt dicere
dominum Jeſum niſi in ſpiritu ſancto. Jtaq; ſi ego in/
uoco te domine Jeſu:hoc facio in ſpiritu ſancto. Si de
peccatis commiſſis doleo:ſi veniam peto:hoc certe facio
in ſpiritu ſancto.Jdeo te obſecro(ſpm̃ ſanctum tuum ne
auferas a me:vt mecum ſit:ꝛ mecum laboret.) Nam qđ
oremus:ſicut oportet:neſcimus:ſed ſpiritus adiuuat iſir
mitatem noſtram:ꝛ poſtulat pro nobis.i.poſtulare nos fa
cit gemitibus inenarrabilibus(Ne ego ſpiritũ ſanctum
tuum auferas a me)vt me orare doceat : ꝛ in labore me
adiuuet:faciatq; me in orationibus:ꝛ lachrymis perſiſte
re:vt tandem inueniã gratiam corã te:ſeruiam tibi om/
nibus diebus vite mee.

12 ¶ Redde mihi letitiam ſalutaris tui:ꝛ ſpiritu principa
li confirma me.)Rem magnam peto domine(qm̃ tu de
us magnus dominus:ꝛ rex magnus ſup omnes deos.)
Tibi iniuriam facit:qui a te parua petit. Parua ſunt om
nia:que tranſeunt:parua ſunt omnia corporalia:magna:ꝛ
precioſa ſpiritualia. Tolle ſpiritum:tolle animam a cor/
pore:quid remanet niſi ſtercus:quid niſi puluis : ꝛ vm/
bra?Ergo tantuz diſtat inter ſpirituz ꝛ corpus:quãtũ in/
ter corpus

ter corpus ꝛ vmbraꝫ eius. Qui igitur petit a te corpora:
parua petit: qui vero ſpiritualia: magna ꝑfecto poſtulat:
maxima autem: qui tui ſalutaris letitiam petit. Quid eſt
enim ſalutare tuum: niſi ieſus filius tuus? Hic eſt verus
deus: ꝛ vita eterna. Cur ego a te patre imenſo: ꝛ liberaliſ-
ſimo hoc ſalutare non petam: quem pro me ſuper lignum
tradidiſti. Tu eum mihi obtuliſti: quare petere ipſuꝫ eru-
beſcam? Maximum: ꝛ infinitum munus eſt: non ſuꝫ ego
tanto munere dignus: te tamen decet tam magna dare:
propter hanc itaqꝫ ineffabilem pietatem audeo ad te fidu
cialiter accedere: ꝛ ſalutaris tui letitiam petere. (Nam ſi a
patre carnis ſue petierit quiſpiam filius piſcem: nunquid
porriget ei ſerpentem? ꝛ ſi petierit ouum: nunquid dabit
ei ſcorpionem? ꝛ ſi petierit panem: nunquid dabit ei lapi-
dem?) Si ergo patres carnales cum mali ſint: ꝛ peccato-
res: norunt bona a te eis data dare filijs ſuis: quanto ma-
gis tu pater celeſtis: qui per eſſentiam bonus es: dabis ſpi
ritum bonum petentibus te? Ecce filius tuus de regione
longinqua reuerſus: dolens: ꝛ penitens petit a te piſcem
fidei: ſicut enim piſcis latitat ſub aquis: ita fides eſt de his
que non videntur. Petit dico fidem veram: vt letetur in
ſalutari tuo: nunquid porriges ei ſerpentem? Nũquid da-
bis ei infidelitatis venena de tortuoſo: ꝛ antiquo ſerpente
diabolo proficiſcentia? Peto a te domine ouuꝫ ſpei: vt ſi-
cut ex ouo ſperatur pullus: ita ex ſpe ad viſioneꝫ ſalutaris
tui mihi venire concedas: vt de ipſa ſpe egrediatur viſio
quaſi pullus de ouo? peto ouum ſpei: vt interim ſpe ipſa
ſubleuetur anima mea in hac lachrymaꝝ valle. (Et lete-
tur in ſalutari tuo:) nunqd dabis mihi deſperationis ſcor
pionem: vt ſicut ſcorpio in extremitate caude habet vene-
num: ita ꝛ ego in extremo vite mee reſeruem peccatũ blã-
diarqꝫ mihi in illecebris mũdi: ſicut ſcorpio in facie blan-
diri videtur. Peto etiam a te panẽ charitatis chriſti qua

ſe ſicut panis omnibus communicat:vt ſemper gaudeam in ſalutari tuo: nunquid lapidem dabis mihi? hoc eſt cordis duritiam?abſit.Cur itaqꝫ diffidam petere; ⁊ impetrare magna a te domine? qui me excitas ⁊ inuitas ad petendum: ⁊ pulſandum vſqꝫ ad importunitatem? Quid vero tibi gratum magis ⁊ mihi ſalubrius petere poſſum?qꝫ vt reddas mihi leticiam ſalutaris tui. Jam guſtaui que dulcis ſit dominus:qꝫ leue:⁊ ſuaue ſit onus eius.Memor ſum quanta pace:quanta animi tranquilitate fruebar quando in domino gaudebam:⁊ exultabam in deo Jeſu meo:ideo nunc magis doleo: quia ſcio quid perdidi. Scio qꝫ maxima bona amiſi:ideo importune clamo:(redde mihi letitiam ſalutaris tui.) Redde:quod pp peccata mea mihi abſtuliſti: redde quod mea culpa perdidi: redde obſecro per merita eius: qui ſemper ſtat ad dexteram tuam:⁊ interpellat pro nobis;vt p ipm ſentiam te mihi placatum:vt ſit ſignaculum ſuper cor meuꝫ vt dicam cum apoſtolo xp̄o:cōfixus ſum cruci: viuo aūt iam nō ego:viuit vero in me xp̄s.) Uerum qa magna eſt fragilitas mea.(Spiritu principali cōfirma me.) Ut nullis pturbationibus a xp̄o ſepari valeā: nullis terroribus a te recedere:nullis cruciatibus infirmari. Nō enim virtus mea tanta eſt:vt pugnare poſſit cum antiquo ſerpente:⁊ ei preualere. Petrus me docuit:quāta ſit infirmitas nr̄a:ipſe vidit te domine Jeſu:⁊ tecū familiariſſime conuerſatus eſt:gloriam tuā i mōte guſtauit:qn transfiguratus es. Uocē prīs audiuit. Mira opa tua oculis ſuis conſpexit. Ipſe quoqꝫ virtute tua miracula plura fecit: ſuper aquas pedibus ambulauit:verba tua tā potētia:tam ſuauia quotidie audiuit. Feruentiſſime fidei videbatur:dicebatqꝫ(ſe paratum tecū ⁊ in carcerem:⁊ in mortem ire:)⁊ cum negationem ipſius denunciares ei:nō tibi credebat in virtute ſua confidebat. Magis ſibi homini:qꝫ tibi deo

fidem adhibebat. At cum ancilla dixit ei: (Tu de illis es:) illico territ⁹ negauit. Venit alia ancilla: ꝛ dixit. (Vere tu ex illis es.) Iterum negauit: non potuit coꝛam muli/ercula ſtare: quomodo ſtetiſſet coꝛam regibus: ꝛ tyrānis: ꝛ cum iterū ab aſtantibus interrogaretur: ꝛ accuſaret̄: cepit iurare: ꝛ deteſtari: qa non nouiſſet te.) Quid putas di/cebat? arbitroꝛ: ꝙ per deū: ꝛ per legeꝫ Moyſi iurabat: ꝙ te non nouerat: ꝛ deteſtabatur dicens. Putatis vos: me deſcipulum eſſe huius ſamaritani: ſeductoꝛis: ac demo/niaci: qui noſtram legem deſtruxit? ego diſcipulus ſum Moyſi: hunc autem neſcio: vnde ſit. Deo gratias: qa ceſ/ſauit interrogatio: ſi enim non ceſſaſſet interrogatio: nec quidem ceſſaſſet negatio. Mille interrogationes: mille fuiſſent negationes: imo mille periuria: ꝛ deteſtationes. Sed he interrogationes fuerunt verba. Quid rogo ſi iu/dei veniſſent ad verbera? nihil certe Petrus reliquiſſet: quo ſe per negationes: ꝛ periuria: deteſtatiōes: ac blaſphe/mias de manibus eoꝛum explicuiſſet. Tu autem pie do/mine reſpexiſti eum: ꝛ ſtatim peccatū ſuum cognouit: nec tn̄ auſus eſt in medium ꝓſilire. Et cōfiteri te filium dei eſſe: quia nondum cōfirmatus erat virtute ex alto. Nam procul dubio iteꝝ negaſſet: ſi flagella ſibi p̄parata vidiſ/ſet; ideo maturioꝛe cōſilio egreſſus eſt foꝛas ꝛ fleuit ama/re. Tu vero poſt reſurrectionem tuam apparuiſti ei: cōſo/latus es euꝫ: nihilominus latebat pꝛopter metuꝫ iudeo/rum: vidit te in celum tam gloꝛioſe aſcendentem: ꝛ ange/loꝛum viſione: conſolationeqꝫ confoꝛtatus eſt: nec tamen adhuc in publicum pꝛodire audebat. Experientia quip/pe didicerat fragilitatem ſuam: probauerat infirmitatem ideo expectabat pꝛomiſſum ſpiritum ſanctum. Venit: ꝛ repleuit gratia pectus eius: tunc pꝛodijt: tunc loqui cepit tunc virtute tua magna teſtimonium reſurrectionis tue reddidit: tunc pꝛincipes ſacerdotum: ꝛ reges non

timuit: ſed gloriabatur in tribulationibus. Crucemq̄ꝫ
pro ſummis delictis amplexebatur (itaq̄ꝫ domine in ſpi/
tu principali confirma me:) vt iugiter permaneam in leti
tia ſalutaris tui: alioquin contra tot bella perſiſtere non
poſſum: (caro concupiſcit aduerſus ſpiritum:) mundus
vndiq̄ꝫ me premit diabolus non dormit: da mihi virtutē
ſpiritus tui: (vt cadant a latere meo mille: ꝛ decem milia
a dextris meis:) vt ſim fidelis: ꝛ fortis teſtis fidei tue: Si
enim Petrus: quem tot muneribus: ꝛ gratijs donaue/
ras: ita miſerabiliter cecidit: quid ego domine? quid face/
rem: qui nec te in carne vidi: nec gloriam tuam in mon/
te guſtaui: nec miracula tua conſpexi. Quinimo opera
tua mirifica vix a longe intellexi: tuamq̄ꝫ vocem nunq̄ꝫ
audiui: ſed in peccatis ſemper fui. (Spiritu itaq̄ꝫ princi/
pali confirma me:) vt in tuo obſequio perſeuerare valeā:
ꝛ dare pro te animam meam.

¶ Docebo iniquos vias tuas: ꝛ impij ad te conuerten/
tur.) Non hoc domine temeritati aſcribas: ſi docere cupio
iniquos vias tuas. Non eni iniquus: infamis: ꝛ in vincu
lis iniquos docere cupio: ſed ſi reddideris mihi letitiam
ſalutaris tui. Si me ſpiritu principali confirmaueris: ſi
me liberum miſeris: (tunc docebo iniquos vias tuas.)
Non enim hoc eſt tibi difficile: quia de lapidibus potes
ſuſcitare filios Habrae. Nec peccata poſſent obſtare tibi:
ſi volueris hoc facere: quinimo vbi abundauit peccatum
ſuperabundauit ꝛ gratia. (Paulus ſpirans minarū: ꝛ ce
dis in diſcipulos domini:) poteſtatem accepit (vt ſi quos
inueniret: viros ac mulieres:) te ſequentes: tuamq̄ꝫ fideꝫ
confitentes: vinctos perduceret in Hieruſalem:) ibat er/
go furijs inuectus: ſicut lupus rapax: vt oues tuas diſ/
perderet: raperet: ꝛ occideret: dum ergo eſſet in via: in fer
uore perſecutionis: in actu peccati. Dum te perſequere/
tur: dum tuos occidere vellet: duꝫ nulla ei ineſſet ad gra

tiam preparatio:nulla que peccati cognitio:quando totis
viribus tibi aduerſabatur: te blaſphemabat:teq; deteſta/
batur:ecce vos pietatis tue ſuper eum dicens. (Saule:
ſaule:quid me perſequeris?) Qua voce illico pſtratus: ⁊
erectus eſt:proſtratus corpore:erectus mēte:excitaſti dor
mientem:oculis ſomno grauatis infudiſti lucem tuam:
oſtendiſti faciem tuam effudiſti ineffabilem miſericordiā
tuam. Surrexit mortuus oculos aperuit: vidit te: ⁊ ait:
(Domine quid me vis facere?) miſiſti lupum ad agnum:
miſiſti eum ad animam:baptizatus eſt:⁊ repente ſpiritū
ſancto repletus:factus eſt vas electionis ad portandum
nomen tuum coram regibus: ⁊ gentibus: ⁊ filijs iſrael.
Continuo ergo ingreſſus ſynagogas intrepidus predica
uit te affirmans:quoniam tu es chriſtus. Diſputabat:in/
ualeſcebat:⁊ confundebat iudeos:ecce domine quia ſta/
tim de perſecutore feciſti eum predicatorem:⁊ talem ac tā
magnum:vt plus ceteris apoſtolis laborauerit. O mira
virtus tua:ſi volueris de iniquo facere iuſtum:de perſecu
tore predicatorem:quis prohibebit? quis reſiſtet tibi? quis
dicere poterit:cur ita facis (omnia quecunq; voluiſti: fe/
ciſti in celo:⁊ in terra:in mari: ⁊ in omnibus abyſſis.)
Non ergo arrogantie iputetur:ſi nō mea:ſed tua virtute
docere cupio iniquos vias tuas. Scio.n.me nihil tibi of/
ferre poſſe:qđ oculis tue pietatis magis placeat: hoc ſa/
crificium eſt oīum maximum. Nihil etiam poſſum facere
mihi vtilius. Si ergo me in aliū virꝝ mutaueris (Docebo
iniquos vias tuas.) Non vias platonis:non Ariſtotelis:
non implicationes ſyllogiſmorum:non philoſophie dog
mata:nō rhetorꝝ ornata verba:non negocia ſecularia: nō
vias veritatis:nō vias ducentes ad mortē. Sed vias tu/
as:⁊ pcepta tua:que ducunt ad viam:nō vnam viam tm̄
ſed multas vias:qa multa ſūt pcepta tua: oēs tn̄ iſte vie
terminantur ad vnā:oēs enim in vna copulantur chari/

tate:que adeo coniungit animos fidelium : vt fiat eis cor vnuz:⁊ anima vna in dño. Uel certe diuerſe vie : diuerſe vite ſunt:per aliam nãq; incedunt clerici : per aliam mo/nachi:per aliam mendicantes. Aliamq; tenent matrimo/nio coniuncti. Aliam in viduitate degẽtes:⁊ continẽtes: aliam virgines:aliam ſequuntur p.incipes:aliam docto/res:aliam mercatores. Deniq; diuerſi ſtatus hominũ per diuerſas vias ad patriã celeſtem proficiſcuntur(Docebo itaq; iniquos vias tuas) vnũquemq; iuxta cõditionem ⁊ ſtatum ſuũ.(Et impij ad te cõuertẽtur.) Quia predica/bo eis non meipſuz:ſed chriſtũ crucifixũ. Ideo nõ ad lau des meas:ſed ad te cõuertentur:relinquẽt eni vias ſuas. Ut venientes ad tuas per eas incedant:⁊ ad te puẽniãt.

¶ Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee : ⁊ exultabit lingua mea iuſtitiã tuã. In multis ſanguinibus ſuffocor:⁊ de profundis eorꝫ clamo ad te dñe:dñe exaudi voce meam. Ne differas dñe:q: morti proximus ſuz:ſan/guines mei:peccata mea ſunt : ⁊ ſicut eniz in ſanguine eſt vita carnis:ita in peccato eſt vita peccatoris:effunde ſan/guinẽ:moritur animal:effnnde per cõfeſſionem peccatũ: moritur peccator:⁊ iuſtus efficitur. Ego igitur nõ ſolum in ſanguine inuolutus ſum:ſed etiã in ſanguinibus imer ſus:gurgites ſanguinũ me trahũt ad inferos. Succurre mihi dñe:ne peream. (Libera me de ſanguinibus deus) qui omnia gubernas:⁊ moues:qui ſolus potes me libera re:in cuius manu eſt omnis ſpiritus vite.(Libera me de ſanguinibus deus)auctor ſalutis mee:deus in quo ſolo eſt ſalus mea. Libera me dñe ſicut liberaſti Noe de aquis di/luuij. Libera me ſicut liberaſti Loth de incẽdio ſodomo/rũ. Libera me ſicut liberaſti filios iſrael de profundo ma/ris rubri. Libera me ſicut liberaſti Jonam de ventre ceti. Libera me ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ar/dentis. Libera me ſicut liberaſti Petruz de periculo ma/

ris. Libera me ſicut liberaſti Paulum de profundo pelagi. Libera me ſicut liberaſti infinitos peccatores de manu mortis: ⁊ de portis inferni. (Et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.) Ideſt propter iuſtitiam tuam: quam in me ſentiam per gratiam tuam. Iuſtitia enim tua: vt dicit apoſtolus: eſt per fidẽ Jeſu chriſti: in omnes: ⁊ ſuper oẽs: qui credunt in eũ: exultabit itaq; lingua mea laudando hác iuſtitiam tuá: extollendo gratiam tuá: magnificádo pietatem tuá: cõfitendo peccata mea: vt in me laudetur miſericordia tua: que tam magnum peccatorem dignata ſit iuſtificare: vt cognoſcant omnes homines: ꝙ ſaluas ſperantes in te (⁊ libera eos de manu anguſtie dñe deus noſter.

¶ Domine labia mea aperies: ⁊ os meum annunciabit laudem tuã.) Magna res eſt laus tua domine: ⁊ de tuo fonte procedit: de quo non bibit peccator. Non eſt enim ſpecioſa laus in ore peccatoris. (Libera ergo me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.) Tunc domine labia mea aperies ⁊ os meũ annunciabit laudem tuam. Tu enim habes claues Dauid: qui claudis: ⁊ nemo aperit: ⁊ aperis: ⁊ nemo claudit: tunc ergo aperies labia mea: ſicut aperuiſti labia infantiũ: ⁊ lactentium: ex quorum ore perfeciſti laudem tuam: hi profecto fuerunt prophete: ⁊ apoſtoli: ceteri quoq; ſancti tui: qui te ſimplici: ⁊ puro corde: ⁊ ore laudabant: non aũt philoſophi: ⁊ oratores: qui dixerunt (linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra a nobis ſunt: quis noſter deus eſt?) aperiebant ipſi labia ſua: non tu aperiebas ea. Ideo ex eorum ore non perfeciſti laudem: infantes tui domine laudabant te: ⁊ ſeipſos deſpiciebant. Philoſophi dũ te laudare geſtiebãt: ſeipſos magnificare volebãt: lactãtes tui laudabãt gloriã tuã: quã ꝑ grãm ſup celeſtẽ cognoſcebãt. Philoſophi ꝑ ſola naturalia te cognoſcentes: laudes tuas ꝑfecte exprimere non poterant. Sãcti tui te cor

de:ꝛ oꝛe:ꝛ bonis operibus laudabant: philoſophi ſolis verbis: ꝛ inflata ſapia. Pueri tui in toto terrarum oꝛbe laudes tuas diffuderãt: philoſophi vix paucis diſcipulis pꝛedicauerunt. Amici tui laudib⁹ tuis innumerabiles homines a peccatis ad virtutes: ꝛ ad verã felicitatẽ cõuertebant: phi nec veras virtutes: nec verã felicitatẽ cognoſcebãt: dilecti tui ineffabilẽ pietatẽ tuã: quam oñdiſti in filio charitatis tue: ꝑdicauerunt: philoſophi hãc nullo pacto itelligere potuerunt (Ex oꝛe itaqꝫ ĩfantiuꝫ: ꝛ lactẽtiũ pfeciſti laudẽ tuã) ſemp eni tibi placuit exaltare humiles: ꝛ humiliare ſupbos: qa ergo ſupbis ſemp reſiſtis. Da mihi veram humilitatem: vt ex oꝛe meo pficias laudem tuam. Da mihi coꝛ puuli (qa niſi ↄuerſus fuero ſicut puulus: nõ potero itroire i regnũ celoꝝ) fac me ſicut vnũ de infãtibus ꝛ lactẽtib⁹ tuis: vt ſemp pẽdeã ab vberib⁹ ſapie tue (qa melioꝛa ſunt vbera ei⁹ vino. Et melioꝛ eſt ſapia cunctis opibus ꝛ oia: que deſiderant: huic nõ valẽt cõparari. Infinitus.n. theſaurus eſt hoibus: quo q vſi ſũt: pticipes facti ſunt amicitie dei.) Si ergo me puulũ feceris: laudeꝫ tuã in oꝛe meo pficies (Tunc.n. apies labia mea os meum annũciabit laudẽ tuã.) Annũciabit quippe pfecte: ſicut ex oꝛe infantiũ: ꝛ lactẽtium pfeciſti laudem.

¶ Quoniã ſi voluiſſes: ſacrificiuꝫ dediſſem: vtiqꝫ holocauſtis nõ delectaberis.) Os meũ dñe annunciabit laudẽ tuã: ſcio eni hoc tibi gratiſſimũ eſſe: cum p ꝑphetam dicas: (ſacrificiuꝫ laudis honoꝛificabit me: illic iter: quo oſtẽdã illi ſalutare meũ) offerã itaqꝫ laudẽ tibi: laudẽ inqꝫ infantiũ: ꝛ lactẽtiũ ꝑ oibus pctis meis. Et quare laudẽ potius qꝫ ſacrificiũ offeraꝫ tibi ꝑ oibus pctis meis (qm ſi voluiſſes: ſacrificium dediſſem: vtiqꝫ holocauſtis nõ delectaberis) nunquid ſanguine hircoꝛum: aut vituloꝛum placari poteris (nunquid manducabis carnes tauroꝛum aut ſanguinem hircoꝛuꝫ potabis) an foꝛte aurum queris?

qui celum: & terram poſſides? num vis: vt corpus meum ſacrificem tibi) qui non vis mortem peccatoris: ſed magis vt conuertatur: & viuat?) Caſtigabo tamen cum menſura carnem meam: vt per gratiam tuam rationi ſubiecta ſit: eique deſeruiat: nam & in hoc ſi menſuram exceſſero: mihi imputabitur ad peccatũ (rationabile inquit apoſtolus tuus obſequium noſtrum.) Tu quoque dixiſti per prophetam (miſericordiam volo: & non ſacrificium. Igitur os meum annunciabit laudem tuam) quia hec oblatio honorificat te: & pandit nobis iter ad ſalutare tuum. (paratum cor meum deus: paratum cor meum) paratum per gratiam tuam ad omnia: que tibi grata ſunt facienda: hoc vnum inueni tibi acceptiſſimum: hoc offeram tibi: hoc ſemper erit in corde meo: hoc perſonabunt labia mea: quoniam ſi voluiſſes ſacrificium corporale: vtique dediſſem: paratum enim cor meum per gratiam tuam: vt impleat voluntatem tuam: ſed huiuſmodi holocauſtis non delectaberis: corpora enim feciſti propter ſpiritus: ideo tu ſpiritualia: non corporalia queris: dicis enim in quodam loco prebe fili mi cor tuum mihi: hoc eſt ſacrificium: quod tibi placet: cor dolore peccatorum: & amore celeſtium bonorum inflammatum offeratur tibi. Et nequaquam amplius repetatur:: huiuſmodi holocauſto tu delectaberis.

¶ Sacrificium deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum deus non deſpicies. Spiritus quidẽ contribulatus: non caro contribulata tibi placet. Nam caro contribulatur: quia terrena: que optat: non habet: vel certe in ſe ſentit: que odit. Spiritus vero contriſtatur de culpa: eo quod ſit contra deum: quem amat. Dolet ſe ſuũ creatorem: & redemptorem offendiſſe: ſe ſanguinem eius deſpexiſſe: ſe tam bonum: & dulcem patrem cõtempſiſſe:

hic ergo ſpiritus contribulatus ſacrificiū eſt tibi odoris ſuauiſſimi:ex aromatibus enim amariſſimis.i.ex memoria peccatorum conficitur. Dum enim peccata in mortariolo cordis colliguntur:ꝛ piſtillo compunctionis contunduntur:in pulueremq́ꝫ rediguntur:atq́ꝫ aquis lachrymarum humectantur:inde fit vnguentum:ꝛ ſacrificium ſuauiſſimum tibi quod oblatū nequaq̄ꝫ deſpicies.(Nam cor contritum:ꝛ humiliatū deus nō deſpicies)q ergo cor ſuum ſaxeum ex duriſſimis peccatorum lapidibus conſtructum frāgit:ꝛ cōterit:vt inde vnguētū cōficiat cōtritionis:abundātia lachrymarum : ꝛ de pctōꝝ multitudine:aut grauitate minime deſpās:humiliter tibi hmōi ſacrificium offert:nullo modo a te deſpicietur(quia cor cōtritum ꝛ humiliatum deus non deſpicies.) Maria magdalena in ciuitate peccatrix tale vnguentum confecit:in alabaſtro cordis poſuit:domum phariſei ingredi non timuit:ſecus pedes tuos proſtrata eſt:flere inter epulas nō erubuit dolore preſſa non loquebatur : ſed cor eius in lachrymis ſoluebatur:quibus lauit pedes tuos:capilliſ ſuis terſit:vnguento vnxit:ꝛ oſculari non ceſſauit:quis audiuit nunq̄ꝫ tale?aut quis vidit huic ſimile: placuit itaq́ꝫ tibi hoc eius ſacrificium:ꝛ adeo gratum fuit:vt phariſeo qui iuſtus videbatur eam pretuleris . Verbis enim tuis inſinuaſti tantum diſtare inter iuſtificationem Marie : ꝛ iuſtitiam phariſei:quātum inter ſe diſtant lauare pedes aqua : ꝛ abluere lachrymis . Oſculari ſemel faciem : ꝛ non ceſſare oſculari pedes:vngere caput oleo : ꝛ vngere pedes vnguento precioſiſſimo. Quinimo longe amplius Maria preſtabat phariſeo:quia ipſe nec aquā:ne oſculum : nec oleum tibi exhibuerat. O magna virtus tua domine:magna potentia tua:que ſe parcendo: ꝛ miſerando manifeſtat:Video igitur:(quia cor contritum ꝛ humiliatum deus non deſpicies:)idcirco huiuſmodi cor ti/

bi offerri ſtudeo:nec opoꝛtet me hoc verbis ſuadere:quia tu es deus:qui ſcrutaris renes:⁊ coꝛda. Suſcipe ergo ⁊ hoc ſacrificiū meū:quod ſi foꝛte imperfectū eſt:tu qui ſolus potes ipſum perfice:vt fiat holocauſtum.i.totum incenſum ardoꝛe tue immenſe charitatis: vt tibi placeat: aut vt ipſum ſalutem non deſpicias.Si enim non deſperis:ſcio ꝙ inueniam gratiam coꝛam te.Et poſt hac nullus ſanctoꝛū tuoꝛū:ſiue in celo:ſiue in terra me deſpiciet. ¶Benigne fac dn̄e in bona voluntate tua ſyō:vt edificētur muri Hieruſalē. (Quia enī ſcriptū eſt:) cū ſancto ſanctus eris:⁊ cū viro inocēte inocens eris: ⁊ cū electo electus eris:⁊ cū peruerſo peruerteris. Ualde cupio omnes homines ſaluos fieri:⁊ ad agnitionem veritatis venire:hoc enim ⁊ eius neceſſarium:⁊ mihi vtile eſſet: nā eoꝛum oꝛationibus:meritis:⁊ exemplis reſurgentem: ⁊ ad melioꝛa quotidie pꝛouocarer.Rogo ergo te domine: q̄uis peccatoꝛ. (Benigne fac in bona voluntate tua ſyon:vt edificentur muri Hieruſalem.Syon enim eccleſia tua:nam ſyon interpꝛetatur ſpecula:quia eccleſia tua per gratiam ſpiritus ſancti gloꝛiam dei:pꝛo captu huius vie ſpeculatur:hinc dicebat Apoſtolus.(Nos reuelata facie: gloꝛiam domini ſpeculantes in eandem imaginē trāſfoꝛmamur a claritate in claritatem: tanq̄ꝫ a domini ſpiritū) Dn̄e deus q̄ꝫ parua eſt hodie eccleſia tua:iam totus mundus deficit:naꝫ longe plures ſunt infideles q̄ꝫ chꝛiſtiani. Inter chꝛiſtianos autem vbi ſunt: qui relictis terrenis gloꝛiam dn̄i ſpeculentur?Paucos certe inuenies compa ratione eoꝝ:qui terrena ſapiunt: (quoꝛum deus venter eſt:⁊ gloꝛia in confuſione ipſoꝛum.Benigne fac domine in bona voluntate tua ſyon:) vt augeatur merito: ⁊ numero.Reſpice de celo:⁊ fac benigne iuxta conſuetudinē tuam:vt ignem charitatis de celo emittas ſup nos: qui conſumat oīa peccata noſtra.(Fac dn̄e in bona volunta

te tua: vt non ſm peccata noſtra facias nobis: neq; ſm ini/
quitates noſtras retribuas nobis. Sed fac nobis ſm ma/
gnam miſericordiam tuam.) Tu domine pater noſter: ⁊
redemptor noſter: tu pax: ⁊ gaudium noſtrum: tu ſpes no
ſtra: ⁊ ſalus eterna: omnes a te bona expectant. (Dante te
illis: colligent: aperiente te manum tuam: omnia imple/
buntur bonitate: auertente autem te faciem: turbabũtur:
auferes ſpiritum eorum: ⁊ deficient: ⁊ in puluerem ſuum
reuertentur: emitte ſpiritum tuum: ⁊ creabuntur: ⁊ reno/
uabis faciem terre.) domine obſecro que vtilitas in dam/
natione tot millium hominum? infernus impletur: eccle/
ſia quotidie euacuat: (exurge quare obdormis domine?
exurge: ⁊ ne repellas in finem. Benigne fac in bona vo/
luntate tua ſyon: vt edificentur muri hieruſalem.) Quid
eſt hieruſalem: que interpretatur viſio pacis: niſi beatorũ
ciuitas ſancta? que eſt mater noſtra. Huius muri corruũt:
quando lucifer cum angelis ſuis corruit? in quorum loca
aſſumuntur homines iuſti. (Benigne igitur fac domine
ſyon:) vt cito impleatur numerus electorum: (⁊ edificen/
tur; perficianturq; muri Hieruſalem) ex lapidibus nouis
te ſemper laudantibus: ⁊ permanentibus in eternum.
¶ Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitie oblationes: ⁊ ho/
locauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Tũc
benigne feceris in bona voluntate tua ſyon: acceptabis ſa
crificium iuſtitie. Acceptabis dico: quia igne tue charita/
tis conſumes: ſic enim ſacrificium Moyſi: ⁊ ſacrificium
Helie acceptaſti. Tunc enim ſacrificia iuſtitie acceptas:
quando animas que iuſte viuere ſatagunt: gratia tua im/
pinguas: quid prodeſt ſacrificia tibi offerre: quando non
acceptas ea? O domine quot offerrimus hodie ſacrificia:
que tibi grata non ſunt: ſed potius abominabilia: offerri/
mus eni ſacrificia: non iuſtitie: ſed cerimonie noſtre. Ideo
non ſunt tibi accepta. Ubi nunc apoſtolorum gloria? vbi

martyrum fortitudo? vbi predicatorum fructus? vbi mo/
nachorum ſancta ſimplicitas? vbi primorum chriſtianoꝝ
virtutes: ⁊ opera? tunc enim acceptabas eorum ſacrificia:
quando gratia tua virtutibus eos exhortabas. Si quoqꝫ
tu benigne feceris ſyon (in bona voluntate tua: tunc acce/
ptabis ſacrificium iuſtitie:) quia populus incipiet bene vi/
uere: ⁊ mandata tua ſeruare: ac iuſticiam facere: ⁊ ſuper
ipſum erit benedictio tua. Tunc oblationes ſacerdotum:
⁊ clericorum tibi accepte erunt: quia relictis terrenis ad
perfectiorem vitam ſe ſe accingent: ⁊ vnctio benedictio/
nis tue erit ſuper capita eorum. Tunc gratia tibi erunt ho
locauſta religioſorum: qui relicto corpore: ⁊ tepiditate eli/
minata: incendio diuini amoris omni ex parte conſuma/
buntur. Tunc epiſcopi: ⁊ predicatores imponent ſuper al
tare tuum vitulos: quia in omni virtute conſumati: ⁊ ſpi/
ritu ſancto repleti: non dubitabunt ponere animas ſuas
pro ouibus ſuis. Altare enim tuum quid eſt: niſi crux tua
bona ieſu: ſuper quam oblatus fuiſti? Quid vitulus laſci
uiens ſignificat: niſi corpus noſtrum? Tunc ego imponēt
ſuper altare tuum vitulos: quando corpora offerrent cru
ci: id eſt cruciatibus: ⁊ morti pro nomine tuo: tunc flore/
bit eccleſia: tunc dilatabit terminos ſuos: tunc laus tua re/
ſonabit ab extremis terre: tunc gaudium: ⁊ leticia occupa/
bit orbem terrarum: (tunc exultabunt ſancti in gloria: le/
tabuntur in cubilibus ſuis.) Expectantes nos in terra vi
uentium: fiat obſecro domine nunc mihi illud tunc: vt
miſerearis mei ſecundum magnam miſericordiam tuam
vt ſuſcipias me in ſacrificium iuſtitie: in oblationem ſan/
ctimonie: in holocauſtum religioſe vite. Et in vitulum
crucis tue: per quam tranſire merear ab hac valle miſe/
rie. Ad gloriam illam: quam preparaſti diligentibus
te. Amen.

¶ El reuerendo padre Frate Hieronymo: poi che fu apreſſo ala morte: eſſendo per aſſumere el ſacratiſſimo corpo del noſtro ſignore pigliãdolo nele ꝓprie mane diſſe.

¶ Signore io ſo che tu ſe quel vero idio creatore del mõdo: e de lhumana natura. Jo ſo che tu ſe quella trinita ꝑfecta indiuiſibile: ⁊ inſeparabile diſtincta in tre perſone. Padre figliolo ⁊ ſpirito ſancto. Jo ſo che tu ſe quel verbo eterno: che deſcendiſti de celo in terra nel ventre de Maria virgine. Saliſti ſul legno dela croce a ſpargere el tuo precioſo ſangue per noi miſeri peccatori. Jo te ꝑgo ſignor mio. Jo te prego ſalute mia. Jo te prego conſolator mio: che tanto precioſo ſangue per me non ſia ſparſo in vano: ma ſia in remiſſione de tutti li mei peccati. De quali io ti chiedo perdonanza: dal di chio receuete lacqua del ſancto bapteſmo: infino a queſto punto: ⁊ dicone a te ſignor mia colpa. Et coſi ti chiedo perdono in quello ho offeſo queſta citta: ⁊ tutto queſto populo di coſe ſpirituale ⁊ temporale. Et coſi de ogni coſa che io per me non conoſceſſe hauere errato. Et humilmente a tutte quelle perſone che ſono qui circunſtante chiedo perdonãza: che pregino dio per me. Et che mi faci forte ſu lultimo fine: ⁊ chel nemico non habbi poſſanza ſopra di me. Amen.

¶ Expoſitio vel meditatio Fratris Hieronymi Sauonarole de Ferraria: ordinis ſacri predicatorum: in pſalmum (In te domine ſperaui) quam in vltimis diebus dum vite ſue finem preſtolaretur: edidit.

TRiſtitia obſedit me: magno ⁊ forti exercitu vallauit me: occupauit cor meum clamoribus: ⁊ armis: die noctuq; contra me pugnare nõ ceſſat. Amici mei ſunt in caſtris eius: ⁊ facti ſunt mihi inimici. Quecunq; video: quecunq; audio vexilla triſtitie deferunt: memoria amico

rū me contriſtat:recordatio filiorꝫ me affligit:cōſideratio
clauſtri ⁊ celle me angit:Meditatio ſtudiorꝫ meorꝫ dolo/
re me afficit:cogitatio peccatorꝫ me premit. Sicut enim
febre laborantibus omnia dulcia amara videntur : ita mi/
hi omnia in merorem:⁊ triſtitiā cōuertuntur. Magnum
profecto onus ſuper cor:triſtitia hec venenum aſpidum:
peſtis pernicioſa murmurat contra deuꝫ:blaſphemare nō
ceſſat:ad deſperationē hortat̄. Infelix ego homo : qs me
de manibus eius ſacrilegis liberabit?Si oīa:que video:⁊
audio vexilla ſequunt̄:⁊ fortiter ꝯtra me pugnant:qs erit
ꝓtector meus? Quis auxiliabit̄ mihi?Quo vadā? Quo
pacto effugiā?Scio qd faciā.Ad iuiſibilia me ꝯuertam:⁊
adducā ea ꝯtra viſibilia.Et qs erit dux tā excelſi:tāq; ter/
ribilis exercitus?ſpes q̄ de iuiſibilibus eſt.Spes iquā ꝯtra
triſtitiā veniet:⁊ expugnabit eā. Quis ſtare poterit cōtra
ſpē?Audi qd dicit ꝓpheta.(Tu es dn̄e ſpes mea altiſſimū
poſuiſti refugiū tuū.)Quis ſtabit cōtra dn̄m?qs expugna
re poterit refugiū eius:qd eſt altiſſimū?Uocabo itaq; eū:
veniet ꝑfecto:nec me confundet.Ecce iā venit:gaudia at
tulit:pugnare me docuit:dixitq; mihi.(Clama ne ceſſes)
⁊ aio.(Quid clamabo.)Dic igr̄ ꝯfidēter:⁊ ex toto corde.

In te domine ſperaui non confun/
dar in eternum:in iuſtitia tua libe
ra me.)O mira potentia ſpei : cu/
ius faciem non potuit tolerare tri
ſtitia. Jam venit conſolatio. Cla/
met ⁊ obſtrepet nunc triſtitia cuꝫ
exercitu ſuo.Premat mundus:in
ſurgant hoſtes:nihil timeo : quo/
niam(In te domine ſperaui:quo/
niam tu es ſpes mea:quoniam tu
altiſſimū poſuiſti refugium tuuꝫ.)
Jam ipſum ingreſſus ſum:ſpes me introduxit : non ego

imprudenter intraui:ipſa me excuſabit coram te:ecce in/
quit ſpes:o homo altiſſimum refugium dei:aperi oculos
tuos:z vide:deus ſolus eſt : ſolus ipſe eſt ſubſtantie pela/
gus infinitum.Cetera ita ſunt ac ſi non eſſent:omnia enī
dependent ab eo : z niſi ſuſtentaret ea in nihilum re/
pente redirent : quia ex nihilo facta ſunt. Conſidera po/
tentiam eius : qui in principio creauit celum : z terram.
Nunqd nō ipſe oīa in oībus operatur?Quis pōt moue/
re manum ſine eo?quis poteſt a ſe aliquid cogitare?Pen
ſa ſapientiam eius:qui in tranquillitate omnia gubernat:
qui omnia videt:z cuius oculis omnia ſunt nuda:z ape/
rta.Hic eſt:qui ſolus te liberare ſcit z poteſt:ſolus con/
ſolari:ſolus ſaluare.(Noli confidere in filijs hominum:
in quibus non eſt ſalus:)cor humanum in manu eius:
quocunqꝫ voluerit:vertet illud.Hic eſt:qui poteſt: z ſcit
te iuuare.An forte tibi eſt ſuſpecta voluntas? Penſa bo/
nitatem eius:conſidera dilectionem.An non ipſe eſt ama
tor hominum qui pro hominibus factus eſt homo : z
pro peccatoribus crucifixus?Hic vere eſt pater tuus:qui
te creauit:qui te redemit:qui tibi ſemper bene fecit.Nun
quid poterit pater relinquere filium ſuum. Proijce te
in eum:z excipiet:z ſaluabit te:ſcrutare ſcripturas:z in/
uenias qꝫ ſtudioſe tanta pietas te monet:vt ſperes in eū.
Cur hoc?Nempe qa ſaluare vult.Quid enim per pro/
phetam dicit?(Quoniam in me ſperauit liberabo eū.)
Ecce quia nulla alia cauſa eum liberare vult:niſi quia ſpe
rauit in eum:z quid prophete:quid apoſtoli:quid deniqꝫ
ipſe apoſtolorum dominus predicauerunt:niſi vt homi/
nes in domino ſperarent(ſacrificate itaqꝫ homines ſacri
ficium iuſtitie:z ſperate in domino)z ipſe liberabit vos
z eruet de omni tribulatione.O magna virtus ſpei : ni/
mirum diffuſa eſt.(Diffuſa eſt enim gratia ī labijs tuis.)
O vere altiſſimum refugium tuum domine : ad quod

malum triſtitie accedere non poterit. Hec cognoui: ⁊ in/
tellexi: ideo in te domine ſperaui: quãq̃3.n. peccatoꝝ mo/
les me grauiter premat: tñ deſperare neſcio quia bonitas
tua tã benigne ad ſperãdum me prouocat. Ideo non con
fundar in eternuz.) Potero ꝗdem in tempore confundi
nõ tamẽ in eternũ: ſpes enim: que introduxit in altiſſimũ
refugium tuum: non me docuit ſperare temporalia: ſed
eterna. Nam ſpes de inuiſibilibus eſt: que aũt videntur:
tẽporalia ſunt: que vero non videntur: eterna. Audiens
itaq; ego verba ſpei: que me eripere de manibus triſtitie
venit: in te domine ſperaui: cupiens ante omnia a pecca/
tis liberari: ⁊ per miſericordiam: ⁊ gratiam tuã ad eterna
que non videntur: peruenire. Hoc primum deſiderium
meum: mea enim peccata ſunt maxima tribulatio: ab hac
eniz omnis alia tribulatio ꝓficiſcitur. Tolle domine pec/
cata mea: ⁊ liber ſum ab omni tribulatione. Nam tribu/
latio: ⁊ anguſtia de fonte cordis procedunt: omnis enim
triſtitia ex amore prouenit: ſi amo filium: ⁊ moritur: tribu
lor: quia perdidi: quod amabam: ſi ſeruum nõ amo: ⁊ mo
ritur: non contriſtor: quia perdidi: quod non amabam.
Tolle ergo domine peccata mea per gratiam tuam. Quid
reſtat: niſi vt te ex toto corde diligam: ⁊ omnia tempora/
lia: vt vana: contennam: ſi ergo te habeo per fidem: a quo
etiam id ſpero (quod oculus non vidit: nec auris audi/
uit: nec in cor hominis aſcendit) quid me poterit contur
bare? Quicquid preter deum amiſero: perdidi: quod non
amo. (In te itaq; domine ſperaui) quomodo ſpes mea
ſperare me docuit (ideo non confundar in eternum) quia
mihi dabis eterna. Qui autem non ſperat in te: ſed in va
nitate ſua confundetur in eternum: quia ad eternam con
fuſionem deſcendet. Potero quidem confundi tempora/
liter: ⁊ a te: ⁊ ab hominibus: ſed nõ confundar in eternũ.
A te quippe dum peto liberari ab anguſtia temporali: ⁊

foꝛtaſſis non exaudies me:confundar tunc quidem tem poꝛaliter vt non confundar in eternum. Non enim expedit mihi(quia virtus in infirmitate perficitur.)Ab hominibus vero tempoꝛaliter confundar:⁊ pꝛeualēt aduerſus me:quādo perſequūtur me. Sed hoc etiam permittitur a te:vt in eternum non confundar.(Si ergo ante te mille anni ſunt tanq̄ȝ dies heſterna que pꝛeterijt) confuſiones tempoꝛales libenter ſuſtinebo:vt nō cōfundar in eternum:ſperabo in domino:quomodo ſpes mea me ſperare docuit:⁊ cito ab omni tribulatione liberaboꝛ. Quibus meritis liberaboꝛ?Non meis domine:(ſed in iuſtitia tua libera me.)In iuſtitia tua dico:non mea. Ego enim miſericoꝛdiam quero:non meam iuſtitiam offero. Sed ſi per gratiam tuam me iuſtum reddideris: iam habeo iuſtitiā tuam.Gratia enim tua in nobis eſt iuſtitia tua. Phariſei confidebant in operibus iuſtitie:⁊ fidebant quidem in iuſtitia ſua:⁊ ideo iuſtitie dei non fuerunt ſubiecti:quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coꝛam deo. Juſtitia autem dei apparuit per gratiam Jeſu chꝛiſti:etiam ſine operibus legis. Philoſophi gloꝛiabantur in iuſtitia ſua:⁊ ideo non inuenerūt iuſtitiam tuam:quia non intrabant per oſtium:fures erant:⁊ latrones: qui venerant non ad ſaluandum:ſed ad perdendum: ⁊ mactandum oues.Gratia ergo tua:iuſtitia tua domine: ⁊ gratia iam non eſſet: ſi ex meritis daretur: ergo non in iuſtitia mea:ſed in iuſtitia tua libera me a peccatis meis: vel certe libera me in iuſtitia tua:ideſt in filio tuo:qui ſolus inter homines inuentus eſt iuſtus.Quid ergo eſt filius tuus:niſi ipſa iuſtitia:in qua omnes homines iuſtificantur: Jn tua ergo iuſtitia iuſtifica me:⁊ libera me a peccatis meis:vt liberer etiam ab alijs tribulationibus: quas ꝓpter ea patioꝛ:(vt remota cauſa remoueatur effectus.) Ecce ⁊ domine rogaui:⁊ conſolatus ſum: ſpes ita me docuit:

gauiſus ſum: quia in te domine ſperaui: ideo non confun dar in eternum. Triſtitia redyt: cum magno apparatu re uerſa eſt: gladijs: ⁊ lanceis vndiq; munita eſt magno im petu graditur: iam ciuitatem noſtram circumcinxit. Ter ruit me clamor equitum eius: foris ſtans ſilentium indi xit: ⁊ procul locuta eſt. O iniqui. Ecce qui ſperauit in do mino: qui dixit: (non confundar in eternum:) qui ſpem conſolatricem ſecutus eſt ⁊ cum me ad hec verba erube ſcere conſpexit: appropians ait. Ubi tue ſpei promiſſa? vbi conſolatio? vbi liberatio? quid tibi profuerunt lachri me: quid orationes tue tibi attulerunt? de celo clamaſti: ⁊ nemo reſpondit tibi? fleuiſti: ⁊ quis miſericordia motus eſt ſuper te? Inuocaſti deu; tuum: ⁊ ipſe tacuit. Rogaſti eum: ⁊ obſecraſti: ⁊ non fuit vox: neq; ſenſus. Imploraſti omnes ſanctos: ⁊ nullus eorum reſpexit te. Ecce quid tibi attulerunt verba ſpei? Laboraſti: ⁊ nihil in manibus tuis inueniſti. An putas quia deus hec iferiora reſpiciat? Circa cardines celi perambulat: nec noſtra conſiderat. Hec illa blaſphemās aiebat: ⁊ cum ad verba eius horre ſcere; appropians in aure locuta eſt dicens. Putas vera eſſe que fides predicat. Uis videre ea hominum eſſe cō menta: vel ex hoc cognoſce: quia ſi deus factus eſſet ho mo pro hominibus crucifixus: non poſſet tanta pietas hominem maximo merore confectum ad ſe clamitan tem: ⁊ lachrymantem non conſolari: ſi: vt aiunt: boni tas infinita eum de celo deſcendere fecit: vt crucem ſu biret: quomodo nunc ad homines miſeros non deſcen deret: vt eos conſolaretur: hoc certe facilius eſt: ⁊ eadem pietate ſubueniendum. Cur angeli: ⁊ beati: ſi tam pij ſunt: non ad te conſolandum veniunt. Quot putas ho mines: ſi poſſent: ad te venirent: ⁊ verbis: ⁊ operibus quantum facultas daretur: te letificarent: quot etiam ab omni anguſtia liberarent. Cur hoc non faciunt bea

ti:qui longe meliores hominibus eſſe creduntur? mihi crede:caſu omnia reguntur:non ſunt niſi ea:que viden/ tur:ſpiritus veſter euaneſcet ſicut fumus: quis vnq̄ȝ re/ uerſus ab inferis nunciauit aliquid de his:que dicuntur poſt mortem animabus euenire:fabule ſunt he muliercu larum:ſurge ergo:⁊ ad auxilia hominum confuge: ſolu/ tus taliter viuas:vt non fruſtra ab iſta tua ſpe deceptus: ſemper labores:His dictis tantus clamor auditus eſt in caſtris eius:tantus eſt armor̄ ſtrepitus:ac tubarum clan gor:vt vix ſubſiſtere potuerim:⁊ niſi ſpes mea dilecta mi hi auxilium preſtitiſſet: vinctum cathenis me ad ſuam regionē triſtitia deduxiſſet. Uenit itaq̄ȝ ſpes diuino quo/ dam ſplendore coruſca:⁊ ſubridēs dixit:Eia miles chri/ ſti:quid tibi cordis:quid tibi animi eſt in iſto certamine? Quod audiens illico erubui. Et illa noli timere:non ca/ piet te malum:nequaq̄ȝ peribis:ecce tecum ſum:vt libe/ rem te. An neſcis:quia ſcriptuȝ eſt(dixit inſipiens in cor/ de ſuo:non eſt deus:(quaſi vni de ſtultis mulieribus lo/ cuta eſt triſtitia hec:nunquid tibi perſuaderi poterit non eſſe deum:aut deum non habere prouidentiam omniuȝ? An poteris de fide dubitare tu?qui tot argumentis.⁊ ra/ tionibus eam roboraſti:miror te adeo ex eius verbis eſſe proſtratum?Dic obſecro:num in corde tuo de fide dubi/ tare cepiſti. Uiuit dominus:⁊ viuit anima tua: o mater mea dulciſſima:quia nec minimum infidelitatis ſtimu/ lum ſenſi. Nam per chriſti gratiam non minus credo ve ra eſſe:q̄ fidei ſunt:q̄ȝ ea que oculis corporeis cerno. Ue/ ruȝ triſtitia adeo me premebat:vt potius traherer ad de/ ſperationem:q̄ȝ ad infidelitatem. Fili ſcias:hoc magnum donum eſſe dei:nam fides donum dei eſt: non ex operi/ bus:ne quis glorietur:exurge ergo:⁊ noli timere:ſed po/ tius ex hoc cognoſce:quia non reliquit te dominus: qui ⁊ ſi non cito exaudit:non eſt deſperandum: ſi moram fe/

cerit expecta eum: quia veniens veniet: ⁊ non tardabit. Agricola patienter expectat fructuȝ in tempore ſuo. Natura non ſtatim introducit formam: cum aliquid generat: ſed primum materiam preparat: ⁊ paulatim diſponit: donec ſuſceptioni faciat idonea. Scias tamen dominum ſemper pie: ⁊ humiliter orantem exaudire. Nunq̄ȝ vacui ab eo recedunt: nec rationibus hoc probare contendam: eo ꝙ in teipſo hoc ſenſeris. Dic mihi: quis cor tuum ad deum leuauit de terra? quis te ad orandū perduxit? quis dolorem peccatorum: ⁊ lachrymis exhibuit? quis ſpem dedit? quis te hilarem in oratione: ⁊ poſt eam reliquit? quis te in ſancto propoſito quotidie confirmauit? nonne dominus qui omnia in omnibus operatur? ſi igitur hec tibi iugiter dona largitur: cur dicit illa feminarum peſſima: vbi ſunt orationes tue? vbi lachryme? ⁊ cetera verba blaſphemie? An neſcis: quia diſtincta eſt celeſtis Hieruſalem ab iſta terreſtri? An ignoras: quia nec cōueniens: nec neceſſarium: nec item vtile eſt: deum ſeu angelos ⁊ ſanctos eius viſibiliter ad homines deſcendere: ⁊ eis familiariter loqui? conueniens quippe non eſt propter diſtantiam meritorū. Que enim conuentio lucis ad tenebras? non enim bene conueniunt viatores: ⁊ comprehenſores: diuerſe ciuitates diuerſos habent ciues: verum quibuſdam propter excellentiam ſanctitatis: cum ſunt iam patrie vicini: datū eſt angelos videre: ⁊ eos alloqui: ſed ſpeciale priuilegium non omnes tangit. Neceſſarium auteȝ non eſt: quia cum inuiſibiliter beati nos gubernent: ⁊ illuminent: ac conſolentur: non eſt opus viſibiles apparationes adhibere: q̄ȝq̄ȝ dominus a deo bonus eſt: vt apparationes etiam viſibiles: cum opus fuerit: nunq̄ȝ pretermittat: quid enim potuit facere pro noſtra ſalute: ⁊ nō fecit vtilis quoqȝ nō eſt: (q2 nimia familiaritas parit cōtēptū:) nā iudeis miracula: ⁊ magna: ⁊ multa nihil ꝓfuerūt.

Rara eniꝫ precioſa ſunt. Sufficiat ergo tibi inuiſibilibus viſitatio: ſcit enim dñs qd opus ſit tibi. An non ipſe conſolatus eſt te? Scio quid in tuo corde ſenſiſti. Surge ergo ⁊ ad orationē reuertere. Clama: pete: quere: pſeuera: q: ſi nō dabit: eo ꝙ amicus eius ſis: ꝑpter tñ importunitateꝫ dabit oia: que ſunt neceſſaria. His verbis cōſolatus ſurrexi: ⁊ ꝓſtratus ante deū pſecutus ſuꝫ orationē meā dicēs (Inclina ad me aurē tuā accelera vt eruas me.) Domine deus meus ad te reuertor: ſpes me miſit: non mea pſumptione venio. Bonitas tua me inuitat: miſericordia tua me trahit. O quanta dignatio. Gaudeo plane: nec mihi alia ſupereſt cōſolatio: felix profecto iſta neceſſitas: que me ad deū venire cōpellit: que me cogit loqui cuꝫ eo: que me vrget orare. Loquar igitur ad deum meuꝫ: qꝫuis ſim puluis: ⁊ cinis. (Inclina ad me aurem tuam:) Quid ais anima mea? num deus habet aures? num ipſe corpus eſt? Abſit. Cū enim longe melior ſit ſpiritus corpore: quis aſſerat deum eſſe corpus niſi inſanus. Sed balbutiendo: vt poſſumus dñe: excelſa tua reſonamus. Cognoſcimus te per creaturas: loquimur tibi: ⁊ de te per earum ſimilitudines. Auris itaqꝫ tua dñe quid eſt: an forte cognitio tua? Nā per aures intelligimus ea: que nobis dicunť: tu autē oia: que loquuntur: ⁊ cogitant homines ab eterno cognouiſti. Num ergo per aurem tuam accipere poſſumus: cognitionem tuam? Aliquid profecto inſinuat mihi auris tua: quod non capitur in nomine ſimplicis cognitionis tue. Nā quibuſdā inclinas aurem tuam: aliȷs vero auertis eā. Cognitio autem tua ſemper eadē permanet. Quid ergo auris tue niſi approbationis: ⁊ reprobationis notitia tua. Inclinas aurem tuam: ⁊ audis verba iuſtorum: quia tibi placent: ⁊ approbas ea. Auertis aurem tuam a verbis impiorum: quia ab impietate recedere volunt: quia tibi non placent: ⁊ reprobas ea. Quid eſt ergo inclinare aurē

tuã loquẽtibus tibi:niſi eorum orationes approbare:ꝛ eo vultu pietatis aſpicere:illuminare:ꝛ accendere: vt cum fiducia: ꝛ charitatis feruore te orent: atq; deprecentur. Quid eis dare vis:quod humili pietate poſtulant. Nam ſi rex pauperi ſapienti:loqui etiam cũ eo:vultũ hilarẽ oſtẽdat:oculos ad eum cõuertat:ꝛ attẽtum verbis eius ſe demonſtret:nonne letabitur pauper:nonne facies: ꝛ attentio regis eloquium ei preſtabit. Nonne verba:ꝛ facundiã ſubminiſtrabit. Ita domine intelligimus te ad noſtras ꝑces:tunc inclinare aurem tuam:quando nos in oratione ſpiritu feruere concedis. Rogo ergo te domine: inclina ad me aurem tuam:approba orationem meã: illumina me:accende me:doce quod petere debeam:eleua ſurſum cor meum: vt tandem exaudias deprecationem meam: (accelera vt eruas me:)abbreuia dies:feſtina tempus. Ita inclina ad me aurem tuam vt cito merear exaudiri. Tibi enim:qui habitas eternitatem: omne tempus breue eſt: eternitas namq; tota ſimul comprehendit: ꝛ in immenſum excedit totum tempus vniuerſum. At mihi quelibet dies longa eſt. Nam tempus eſt numerus motus:qui enĩ motum non ſentit:nec quidem tẽpus ſentit:at q ſentit motũ:ꝛ tempus ſentit:maxime aũt motũ ſentit: qui numerat partes eius:ego itaq; quia numero dies: ꝛ horas: maxime tempus ſentio:ꝛ ideo ſicut tibi mille anni tanq̃ dies externa:que preterijt:ita mihi vna dies tanq̃ mille anni: qui venturi ſunt:(accelera ergo dñe ꝛ eruas me)a peccatis:ꝛ aduerſitatibus meis. Nam mors properat:ꝛ in omni loco me expectat: accelera dñe ne forte ꝑoccupatus ab ea:non habeam ſpatium penitentie. Erue me dñe de manu maligni:libera me de vinculis peccati: eripe me de laqueo mortis. Educ me de profundo iferni: ſalua me ab oppreſſione:ꝛ dura ſeruitute triſtitie:vt anima mea exurgat:ꝛ letet in te:ꝛ benedicat tibi omnibus

diebus vite ſue:gratias tibi domine per ieſum ſaluatorē meum:quia ſm multitudinem dolorum meorum in corde meo:conſolationes tue letificauerunt animam meā. Ego igitur ſemper in te ſperabo:⁊ adijciam ſuper omnē laudem tuam. Tu autem domine inclina ad me aurem tuam:accelera vt eruas me.) Heu me miſerum. Ecce iterum triſtitia terribilibus armis inſtructa. Uexillum iuſtitie precedit eām. Innumerabilis exercitus ſequitur pedes eius: vnuſquiſq; lanceam habet in manu ſua: vaſa mortis circūquaq; conſpicio. Ueh mihi:quia perij: voce horribili clamat. O miſer:ſpes illa tua te decepit:ecce laboraſti in vanum:dixiſti enim(inclina ad me aurem tuā: accelera:vt eruas me.) Nūquid inclinauit ad te deus aurē ſuam?nunquid exaudita eſt oratio tua?vbi liberatio? vbi conſolatio?nū accelerauit eruere te?adhuc vinctus es:nihil erga te innouatum eſt. Si credis fidem eſſe veram:cur ſpem ſolam amplecteris?an neſcis quia deus iuſtus eſt?an ignoras iuſtitias eius:angelis ſuis non pepercit:non miſertus eſt eis:neq; miſerebitur:per vnū peccatum tm̄ damnati ſunt in perpetuum. Adam peccauit: ⁊ iuſtitia dei totum genus morte puniuit. An putas deū non ita amare iuſtitiam ſicut miſericordiam?pueri in originali peccato decedentes nunq̄ videbunt faciem dei: adeo enim ſeuera eſt iuſtitia dei:vt propter peccatum:qđ ipſi non fecerunt:ſed contraxerunt:eterna pena plectantur(in inferno autē nulla eſt redemptio.)neſcis q̄ deus non parcit delinquenti?Nonne tempore Noe perdidit fore totum genus humanum?Non ne ſodomam:⁊ reliquas ciuitates ei adherentes igne conſumpſit?Nec iuſtitia diuina infantibus:⁊ innocentibus ſaltem compaſſa eſt. Quotiens iudeos peccantes puniuit?Nonne Hieruſalem per manum Nabucdonoſor funditus euertit? Templo quoq; ſuo non pepercit. Quod etiā a Tito ro

manorum principe factum eſt:vbi taȝ crudeli animaduer
ſione grauati ſunt iudei:vt nemo qui audiet non expaue
ſcat:ſed vide ꝙ͂ dura ſit iuſticia diuina:filiȷ̈ pro patribus
vſqȝ in hodiernum dieȝ puniuntur:ecce iudei vbiqȝ ter
rarum ſerui ſunt. Et in cecitate ſua morientes penis cru/
ciãtur eternis. An putas:quia maior ſit miſericordia dei
ꝙ͂ eius iuſticia? Equidem in ipſo deo:neqȝ maior: neqȝ
minor eſt. Quicquid enim eſt in deo:eſt ſubſtantia eius.
Sed opera iuſtitie:⁊ miſericordie conſideremus. Nimi/
rum opera iuſtitie excedũt opera miſericordie:deus ipſe
teſtis eſt:qui ait:multi ſũt vocati:pauci vero electi. Pen/
ſa obſecro quot infideles dãnatur:quot mali chriſtiani?
ꝙ͂ pauci bene viuunt:⁊ facile intelliges:longe plura eſſe
vaſa iuſtitie ꝙ͂ miſericordie:electi dei vaſa ſunt miſericor
die:reprobi vero vaſa iuſtitie. Non te ſperare faciat maria
magdalena:non latro:non Petrus:non Paulus. Ma/
ria enim vna fuit:latro vnus: Petrus vnus: Paulus itẽ
vnus. An putas teinter paucos cõnumerandum:qui tot
⁊ tam magna peccata commiſiſti:qui ſcandalum in eccleſia
fuiſti:qui celum: ⁊ terram offendiſti: ecce fleuit oculus
tuus:cor tuum miſericordiam implorauit:⁊ adhuc miſe
ricordiam non es couſecutus. Tot orationes eorum: qui
diligebant te:non fuerunt exaudite: Quare hoc nimirũ?
quia inter vaſa iuſtitie computaris. Spes illa tua fruſtra
te laborare fecit. Sequere conſilium meum: celum te re/
ſpuit:terra te non recepit: confuſionem hanc magnam
quis tolerare poſſit? melius eſt tibi mori ꝙ͂ viuere: elige
mortem:ꝙ͂ ſi nullus infert: mitte tu manus in teipſum.
Hec illa mira importunitate ingerebat:totuſqȝ exercitus
eius magnis vocibus congeminabat:dicens. Mors ſola
refugium tuum:mors ſola refugium tuum: Ego hec au/
diens expaui:⁊ illico in faciem cecidi eiulans: ⁊ dicens:
(Domine adiuua me:domine ne derelinquas me.) Spes

mea veni:ſpes mea veni. Ecce ſubito ſpes de celo micans deſcendit:⁊ tetigit latus meum:⁊ leuauit me:ſtatuitq; ſupra pedes meos:⁊ ait:vſquequo paruulus eris? Quãdiu tyrunculus eſſe voles? totiens in bello fuiſti: ⁊ in medio vmbre mortis ambulaſti:⁊ nondum certare didiciſti? Noli turbari de magna iuſtitia dei:confortare puſillanimis. Timeant qui ad dominum non conuertuntur: qui ambulant in vijs ſuis:qui ſequuntur vanitates: qui viam pacis non cognouerunt:paueant impij:qui peccant:⁊ dicunt. Quid feci. Qui non conuertuntur ad cor: qui vocantur:⁊ venire renuunt:ignorant deum:⁊ nolunt intelligere:vt bene agant:hi ergo timeant. Quid dicit apoſtolus(horrendum eſt incidere in manus dei viuentis.(Tales profecto iuſtitia dei punit huiuſcemodi homines ad eam ſpectant. At peccatores:qui ad ſe reuerſi ſurgunt: ⁊ dicentes(Pater peccaui in celum ⁊ coram te: ſed propitius eſto mihi peccatori)confidant in domino: quia qui eos traxit:proculdubio ſuſcipiet:⁊ iuſtificabit. Proferat in medium hec ipſa triſtitia(ſi poteſt)aliquem peccatorē quantũlibet magnum:qui ad dominum conuerſus ſit: ⁊ non fuerit ab eo ſuſceptus:⁊ iuſtificatus: q̄uis enim de Eſau ſcriptum ſit: non inuenit penitentie locum: q̄q̄ cum lachrymis inquiſiſſet eam:hoc non obſtat noſtre ſententie:quia Eſau non fleuit propter peccata cõmiſſa: ſed propter bona temporalia amiſſa: que recuperare non potuit. Nec putes iuſtitiam ita reſpicere impios: vt a miſericordia penitus ſeparentur:nec miſericordiam ita ad iuſtos ſpectare:vt a iuſtitia ſeiungantur(vniuerſe enim vie domini miſericordia:⁊ veritas.)Nã ⁊ peccatoribus miſericordiam facit:dũ eis propter bona:que temporaliter agunt:temporalia bona retribuit:⁊ poſt hanc vitã eos non quantum merentur:punit:electos quoq; ſua iuſtitia proſequitur:dum pro culpis eos temporaliter affligit: ne

penis deputentur eternis. Tu igitur patienter interim
ſuſtine dominuꝫ:peccaſti enim:penitentiam age:ſufficiat
tibi remiſſio culpe per gratiam eius. Fili mi: noli negli-
gere diſciplinam domini:neqꝫ fatigeris:dum ab eo argue-
ris. Quem eniꝫ diligit deus:caſtigat:flagellat autē omnē
filium:quem recipit. Perſeuera ergo in diſciplina: tanꝗ
filio tibi offert ſe deus:⁊ ꝗuis pauci ſint electi compara-
tione eorum:qui reprobi ſunt. Innumerabiles tamē ſunt
qui ſaluantur nec vna tm̃ eſt Maria magdalena: nec tm̃
vnus latro:vnus Petrus:vnus Paulus:quia innume-
rabiles ſecuti ſunt eoꝝ veſtigia penitentiam agentes: ⁊ a
domino ſuſcepti. Multis magniſqꝫ gratie muneribus de-
corari:nec minor eſt miſericordia in operibus ſuis ꝗ iu-
ſtitia:nam tam magna bona miſericordia iuſtis preſtat:vt
opera eius opera iuſtitie in imenſuꝫ excedant. An neſcis
quia miſericordia dñi plena eſt terra. Que nam creatura
poteſt gloriari:ſe aliquid habere: ⁊ non accepiſſe illud a
miſericordia. Si autem grauiter deum oſtēdiſti maior eſt
eius miſericordia:ꝗ omnia peccata mundi: noli turbari
propter multitudinem:⁊ grauitatem peccatoꝝ. Nonne
miſericordia iam occurrit tibi. Nonne oſculata eſt te: ec-
ce cecidiſti:⁊ non es colliſus. Quare? nunquid tu nō es
vas fragile:quod cum ceciderit:cōteratur neceſſe eſt:niſi
quis ſupponat manum ſuam. Quare ergo cadens nō es
contritus. Quis ſuppoſuit manum ſuam. Quis inquam
niſi dñs. Signum hoc magnum electionis tue: electus
enim cum ceciderit:non collidetur: quia dñs ſupponet
manum ſuam. Nonne ſcribit apoſtolus (Diligentibus
deū oīa cooperant in bonū:) ⁊ adeo oīa:vt etiā ipſuꝫ pec-
catū eis cooperet in bonū? Nōne eis ille caſus cooperat
i bonū:vñ ⁊ humiliores efficiunt ⁊ cautiores. Nōne dñs
cadētē illū ſuſcipit:q ab humilitate ſuſcipit. Dilexiſti dñꝫ
pluribus annis ꝑ eius amore laboraſti. Eleuaſti deinde cor-

tuū:ꝛ in vanitate ſenſus tui ambulaſti:ſubtraxit domi/
nus manum:ꝛ cecidiſti:ꝛ in profundum maris deſcendi
ſti. Uerumtamen dignatio domini ſtatim ſuppoſuit ma/
num ſuam:ꝛ non eſt colliſus. Dic ergo:(Impulſus euer/
ſus ſum vt caderem:ꝛ dominus ſuſcepit me. Non ſic im/
pij:non ſic.)quos deus reprobauit:(cadentes autem non
adijcient:vt reſurgant.)Sed aut pudore noxio excuſant
peccata : aut fit eius frons meretricis : ꝛ iam non deum
timent:nec hominem reuerentur . Surge itaqꝫ : ꝛ forti
animo eſto:(confortare:ꝛ eſto robuſtus:expecta dominū:
ꝛ viriliter age:cōfortetur cor tuum:ꝛ ſuſtine dominum:)
probaſti virtuteꝫ tuam q̄ꝫ nulla ſit:humiliare ergo eā ſub
manu potēti dei:ꝛ amodo cautior eſto. Patientia tibi ne
ceſſaria eſt:ſine intermiſſione ora:ꝛ dominus exaudiet te
in tempore opportuno. Surge itaqꝫ:ꝛ omnem triſtitiam
a te repelle:pedes domini amplectere:ꝛ ipſe ſaluabit : ꝛ li
berabit te. His dictis:rapta eſt in celum me confortatum
ꝛ miro modo conſolatum relinquens:quam ſtatim ex to
to corde proſecutus ante deum ſteti:ꝛ ad pedes mei ſalua
toris prouolutus confidenter dixi.

¶ Eſto mihi in deum protectorem:ꝛ in domum refugij
vt ſaluum me facias:)tu enim deus omnium magnus : ꝛ
fortiſſimus:tu redemptor:ꝛ ſaluator vniuerſorum:tu ꝓ/
tector tuorum fidelium:ad te confugio cōfidenter. Spes
me introduxit: ſpes quam tua pietate : ſumme diligis:
quam nobis ſemper commendaſti:non timui ante faciē
tuam cum ea venire:fateor. Indignus ſum : ſed ipſa me
traxit. Timebam ingredi propter multa ſcelera mea : ſed
ipſa mihi fiduciam prebuit. Ecce ſtat coram te : ipſa teſti/
monium perhibebat:loquar ad dominum meum caro:ꝛ
peccator. Spes me docuit:dixitqꝫ mihi : vt confidenter
os meū aperiaꝫ. Dulcis inquit eſt dn̄s:non te repellet:nō
iraſcetur:libenter audiet:quicquid petieris dabit. (Cre/

didi eī propter quod locutus ſum.) Uerum tuam maie/ ſtatē cōſiderans humiliatus ſum nimis.(& dixi in exceſſu meo:omnis homo mēdax:)nō cōfidā in homine in eter nū.Sed in te ſolo.Quia tu ſolus fidelis in omnibus ver bis tuis:omnis autē homo mēdax.(Quid retribuā tibi dn̄e ꝓ omnibus:que retribuiſti mihi. Calicem ſalutaris accipiam:)quia amodo non mihi:ſed tibi viuam:pro tuo amore bene faciens omnia mala tolerabo:non mea virtu te hoc faciam:ſed nomen domini inuocabo.(Uota mea reddā coram omni populo tuo: quia precioſa eſt in con/ ſpectu dei mors ſanctoꝝ eius.Eſto ergo mihi in deū ꝓte ctorem:)defende ab inimicis meis.Inimici mei ſunt pec cata mea:que iuſtitiam tuā prouocant cōtra me. Nō po/ tero ſtare cōtra eū:niſi ꝓtegas me:miſericordia tua ſit ſcu tum meū dn̄e:vt ſcutū bone voluntatis tue corona me. Non habeo qd offeram ei:quo furorē eius tēperare poſ/ ſim:oīa que mecum porto me accuſant: offeram ergo te dn̄e:ne idignaris dn̄e deus meus.(Sed magis eſto mihi in deū ꝓtectorē.Sub alis tuis ꝓtege me. Scapulis tuis obumbra me:& ſub pēnis tuis ſpabo.)Quid faciet mihi iuſtitia:ſi ſub tua ꝓtectione me cuſtodies. Obmuteſcet dn̄e:& gladiū furoris ſui repoꝛtabit in locū ſuū: mitis effi cietur vidēs pietatem incarnationis tue:cōſpiciēs vulne ra paſſionis tue:cernēs ſanguinē charitatis tue:recedet a me:& dicet:letare fili:iueniſti me:comede in pace:& in id/ ipſ dormi:& regeſce:(eſto itaq; mihi dn̄e in deū ꝓtectorē in domū refugij:)vt tpe pluuiarū:& ꝓcellaꝝ:tpe tentatio nū confugiam ad te:quia in te ſolo ſalus mea:ſis mihi tu domus refugij. Aperi mihi latus tuū lācea pforatū: vt ingrediar pectus tāte pietatis:i quo ſaluus ſim a puſilla/ nimitate ſpūs:& tēpeſtate:(abſcōde me i tabernaculo tuo in die maloꝝ:ꝓtege me i abſcōdito tabernaculi tui:) ſit domus refugij mei ineffabilis pietas tua: (vt ſaluum me

faciaſ.)Non enim potero non ſaluus eſſe in domo refu/gij tui(altiſſimum enim poſuiſti refugium tuum.) Mu/nitus eſt locus iſte:nullus tibi timetur hoſtis:vtinā ſem/per in eo manere liceret.Qui habitat in eo:vulnerari nō poteſt:ad omnem igitur tentationem:ad omnem tribu/lationem : ad omnem deniq3 cuiuſcunq3 neceſſitatem: aperi mihi domine domum refugij tui. Expande ſinum pietatis tue:pateant viſcera miſericordie tue:vt saluū me facias:non accedet illuc tentator:non calumniator aſcen/det:nō poſſimus fratruȝ accuſator attinget:ſecurus ero: nam pene mihi videor ſecurus.Gratias tibi bone Jeſu: quia ſpem tuam ad me miſiſti:que me de puluere ſuſcita uit:⁊ de ſtercore erexit.Statuitq3 me coraȝ te:vt ſis mihi in deum protectorem:⁊ in domum refugij:vt ſaluum me facias.)Anima mea turbata eſt.En adeſt triſtitia cum ve xillo iuſtitie venit:ab heſterno conflictu non recedit:alijs tamen armis munita eſt:nam arma mihi hac nocte ſubri puit gladijſq3 meis milites ſuos accinxit.Jnermis ergo: ⁊ infirmus quid faciam? En q̄3 ꝓcaciter clama : quanto impetu me aggreditur:quanto confidit de victoria. Ubi inquit eſt protector tuus?vbi domus refugij ? vbi ſalus? Adhuc permanes in fiducia tua vana ? Conſolationes il le tue de imaginatione procedunt:fingis tibi deum pro pitium:⁊ protectorem tuum:⁊ domum refugij tui:⁊ pu/tas te in celum conſcendiſſe.Jlluderis profecto a fantaſia tua:⁊ vana ſpe ꝯſolaris.An putas te vſq3 ad tertium celū fuiſſe raptū.Sōnia ſunt hec.Recordar̄ obſecro:q̄3 graue pctm̄ ſit ingratitudo.Nōne hec fontē miſericordie exſic/cat?Memor eſto dn̄m fleuiſſe ſup ciuitatem Hieruſalem ⁊ ei mala vētura ꝓnūciaſſe dicēs. (Quia veniēt dies i te: ⁊ circundabunt te inimici tui vallo:⁊ circundabūt te : ⁊ coanguſtabūt te : ⁊ ad terram ꝓſternēt te:⁊filios tuos:q in te ſunt:⁊ nō relinquēt in te lapidem ſup lapidē.)Cau

ſamqꝫ tantorum malorum non tacuit: ſed eam ſubiūxit
dicens. (Eo ꝙ nō cognoueris tempus viſitationis tue.)
Ecce quia ingratitudo non modo priuari beneficio: ſed
etiam grauiter puniri meretur: nunquid hoc ad ani/
mam non ſpectat? Nonne anima in ſcripturis per Hie/
ruſalem ſepius ſignificatur: que dum non vult cogno/
ſcere viſitationem domini circundatur a demonibus:
⁊ varijs tentationibus: quibus anguſtiata cadit: ad
eterna proſternitur: nec in ea virtus aut bonum opus
relinquitur: quod non deſtruatur: omni enim gratia
priuatur: nec de cetero reſtauratur (quia non cognouit
tempus viſitationis ſue.) Tu profecto: tu inquam es
hec ciuitas pluribus: ⁊ magnis beneficijs a deo decora/
ta: ⁊ non cognouiſti ea: ſed ingratus fuiſti. Ipſe te ad
imaginem ſuam creauit. In medio eccleſie non inter in/
fideles te genuit. In florida ciuitate te poſuit: aqua ba/
ptiſmi te ſanctificauit: in domo religioſa te enutriuit. Tu
autem poſt cogitationes tuas cucurriſti in vanitate ſen
ſus tui ambulaſti: in profundum peccatorum deueniſti:
dominus te vocabat: ⁊ non reſpondebas ei. Sepe te
monuit: ⁊ conſilium eius neglexiſti. Quotiens te illu
minauit: quotiens te ad cor conuertit: quotiens de ſom
no excitauit? Inuitabat te: tu excuſabas trahebat: ⁊
tu reſiſtebas ei. Tandem vicit pietas ineffabilis: ⁊ im/
menſa. Tu peccaſti: ⁊ ipſe te viſitauit. Tu cecidiſti: ⁊
ipſe te erexit. Tu ignoraſti: ⁊ ipſe te docuit. Tu cecus
fuiſti: ⁊ ipſe te illuminauit. A ſtrepitu mundi: a tem/
peſtate pelagi: te ad quietem ⁊ portum religionis per/
duxit: habitum ſancte conuerſationis dedit: ſacerdo/
tem ſuum te eſſe voluit: ad gymnaſia ſue ſapientie
adduxit. Ingratus tamen ſemper fuiſti: ⁊ negligenter
opus dei feciſtis. Cum tamen ſcires ſcriptū eſſe. Maledi
ctus q̄ fecerit opus dei negligēter. Nec ſic pietas diuina

te reliquit. Sed ſemper ad melioꝛa benigne perduxit: ꝛ quod maximum eſt: te ſcientia ſcripturarum oꝛnauit: ſermonem pꝛedicationis in oꝛe tuo poſuit: ꝛ quaſi vnum de magnis viris in medio populi te cõſtituit. Tu autem alios docuiſti: ꝛ teipſum neglexiſti: alios curaſti: ꝛ teipſum non ſaluaſti: eleuaſti coꝛ tuum in decoꝛe tuo: ꝛ ideo perdidiſti ſapientiam tuam in dedecoꝛe tuo. Nihil factus es: ꝛ nihil eris in perpetuum. An ignoꝛas: quia ſeruus ſciens voluntatem domini: ꝛ non faciens vapulabit flagellis multis? An neſcis quia deus ſuperbis reſiſtit? Quomodo cecidiſti lucifer: qui mane oꝛiebaris: qui vulnerabas gentes: qui dicebas in coꝛde tuo: in celum conſcendã. Verũtamen in infernum detraheris in pꝛofundum laci. Subter te ſternetur tinea: ꝛ operimentum tuum erunt vermes. An putas nunc inuenire miſericoꝛdiam: qui ſcandalizaſti plurimos: qui toties a deo vocatus: ꝛ monitus reſpondere noluiſti. Vbi eſſet iuſtitia dei: vbi equitas iudicij. Non ſemper pꝛoſequitur miſericoꝛdia peccatoꝛem: terminos ſibi ſtatuit. Nonne ſcriptum eſt. (Vocaui ꝛ renuiſtis: expandi manus meas: ꝛ nõ fuit qui aſpiceret: deſpexiſtis omne conſilium meum: ꝛ increpationes meas neglexiſtis. Ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo: ꝛ ſubſanabo cum vobis id: quod timebaris: aduenerit.) Ecce quia non ſemper miſericoꝛdia peccatoꝛi dat veniam. An non conſideras gradus miſericoꝛdie in te finem habere? qui tot beneficijs a deo honoꝛatus in pꝛofundum pelagi cecidiſti qui tot gratijs oꝛnatus ob tuam ſuperbiam: ꝛ inanem gloꝛiam ſcandalum fuiſti oꝛbi terrarum. Non te itaqꝫ decipiat ſpes vana: quam ſequeris: viue amodo: vt libet: noli in hac: ꝛ in alia vita penis infernalibus cruciari. Elige habitare cum his (qui ducũt in bonis dies ſuos: ꝛ in puncto ad inferna deſcendũt) nec pudoꝛ te detineat fac frontem meretricis: comedamus: ꝛ bibamus: cras eni moꝛiemur.

moriemur. Deſperata eſt plaga tua: ꝛ inſanabilis facta eſt. Hec cum dixiſſet: totus exercitus vocibus tremendis vlulabat: ꝛ verba eius repetebat dicens. Deſperata eſt plaga tua: ꝛ inſanabilis facta eſt. Ego vero memor admonitionum matris mee: q̄uis aliquantulum animo deiectus pro viribus erexi me: ꝛ ſteti ſuper pedes meos: eleuans oculos ad celum: vnde auxilium expectabam. Et ecce ſpes hilari vultu: ſplendoribus diuinis ornata de alto deſcendens ait. Que eſt iſta: que inuoluit ſententias ſermonibus imperitis? que poſuit terminos miſericordie? que infinitum vult finire: que aquas maris in manibus portare ſe credit. An non audiſti dominum dicentem (In quacunq̄ die ingemuerit peccator: omnium iniquitatuȝ eius non recordabor.) Quis eſt homo qui non peccat? Quis poteſt dicere: mundum eſt cor meum? ad omnes enim oratio dominica ſpectat. In qua omnes homines dicere compelluntur. (Dimitte nobis debita noſtra.) Apoſtolus hoc modo dominus orare docuit: nunquid ergo ad ceteros homines hec oratio non pertinebit: nonne apoſtoli primitias ſpiritus acceperunt? Cur autem docuit eos dominus ſic orare: ſi peccatum non habebant: ꝛ ſi habebant: quis poterit gloriari ſe peccatorem nō eſſe? Audi dilectum diſcipulum domini. (Si dixerimus inquit: quia peccatum non habemus: noſipſos ſeducimus ꝛ veritas in nobis non eſt. Jacobus apoſtolus: (in multis ait: offendimus omnes.) Omnes ergo peccauerunt: ꝛ igitur egent miſericordia dei ſancti dei homines. Scriptuȝ eſt enim (ſepties in die cadit iuſtus: ꝛ reſurget.) Non ergo miſericordia terminos habet: ſed quotienſcunq̄ peccator ingemuerit: miſericordia preſto erit. Nec intereſt vtrum de magnis: aut de paruis peccatis loquamur. Cecidiſti: ſurge: ꝛ miſericordia te ſuſcipiet. Corruiſti: clama: ꝛ miſericordia ad te veniet: iterum cecidiſti: iterū corrui/

ſti:conuertere ad dn̄z:⁊ viſcera eius pietatis tibi parebūt. Cecidiſti:corruiſti tertio:⁊ quarto : plange:miſericordia te non derelinquet : quotiens peccas : totiens reſurge: ⁊ miſericordia finem non habebit:vt quid improperas beneficia accepta feminarum peſſima triſtitia? An non Dauid propheta maximus magna ⁊ multa beneficia acce-pit?de quo dixit dominus : (inueni virum ſecundum cor meum:) ⁊ tamen peccauit quidem grauiter tam in adulterio q̄3 in homicidio iuſti viri:⁊ innocentis:nec ta-men dominus ſuā miſericordiā in eo terminauit. Quid ſuperbie peccatum adducis?Nonne ipſe Dauid eleuauit cor ſuum:⁊ numerare fecit populum iſrael? Gloriabatur enim quaſi Rex magnus:⁊ potens in virtute ſua:nec ta-men ob hoc reprobatus eſt.Quare? Quia peccatum ſuū non abſcondit : non illud predicauit:ſicut Sodoma: ſed dixit(Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domi-no)Miſericordia itaq3 non ſibi terminos poſuit : ſed re-probi ſtatuunt ſibi fines:vt ad eos non tranſeat : nā vſq3 ad terminos eorum vadit ; ſed ipſi repellunt eam. Hinc ſcriptum eſt(Perditio tua ex te iſrael:ex me tantūmodo auxilium tuum.)Aperi os tuum inquit miſericordia : ⁊ implebo illud:expande ſinum tuum:⁊ dabo tibi menſu-ram bonam:⁊ coagitatam:⁊ ſuperfluentem. Perſiſte in orationibus : ⁊ fletu : quia qui cepit te diligere: ⁊ benefi-cijs : gratijſq3 ad ſuum amorem prouocare non deficiet. Sed magis perficiet opus ſuum:que nam cauſa natura-lis incipit opus:vt in medio itineris deſiſtat. Uirtus ſe-minis non ceſſat:donec fructus ad perfectionem produ-cat:que auis reliquit pullos ſuos : anteq̄3 ſeipſos regere valeant?Cur hoc faciunt?que vtilitas ex hoc prouenit il-lis.Nulla profecto. Sed tantum labor. Amor igitur co-git cauſas naturales ſuos effectus ad perfectum deduce-re:bonitas compellit eas:quam cupiunt diffundere : bo-

nuni eſt enim ſui ipſius diffuſiuum. Si hoc faciunt creature. Quid faciet creator: ipſe enim amor eſt: ipſe bonitas infinita. An non perficiet opus ſuum? Audi dominuz ieſum. (Mea inquit voluntas eſt: vt faciam voluntatem eius: qui miſit me: vt perficiam opus eius.) Qui igitur cepit te amare: te ſuis beneficijs: ⁊ gratijs attrahere: te a peccatis mundare: proculdubio perficiet opus ſuum: hec enim ſunt preparationes eterne vite. Cur igitur nunc cadens non eſt colliſus. (Nonne quia dominus ſuppoſuit manum ſuam? ⁊ quare ſuppoſuit manum ſuam? quare cōuertit ad ſe cor tuum? Cur te ad penitentiaz prouocauit? Cur conſolatus eſt te? Nonne: vt te mundet: ⁊ gratia ſua dignum faciat: ⁊ ad vitam eternam perducat? Non ſunt he illuſiones: aut imaginationes tue. Sed diuine inſpirationes. Sed eſto imaginationes ſunt. Nonne bone ſunt? Nonne de fidei virtute proueniunt? Cum itaqꝫ omne bonum a deo ſit: vtiqꝫ ſunt he imaginationes diuine illuminationes. Exulta ergo in verbis iſtis. Ad hec verba adeo confortatum eſt cor meum: ꝙ pre gaudio pſallere cepi dicēs: (Dominus illuminatio mea: ⁊ ſalus mea: quem timebo. Dominus protector vite mee: a quo trepidabo) ⁊ ad pedes domini cum lachrymis prouolutus dixi (Domine ſi conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum. Quoniam fortitudo mea: ⁊ refugium meum es tu: ⁊ propter nomen tuum deduces me: ⁊ enutries me.)

¶ Explicit expoſitio vel meditatio Fratris Hieronymi Sauonarole: Ferrarienſis: ſacri ordinis predicatorum in pſalmum (In te domine ſperaui ⁊c.) quam morte preuentus explere non potuit.

¶ Regule quedam breuiſſime: ac valde vtiles Reuerēdi ac deuoti Patris fratris Hieronymi Sauonarole: Ferrarienſis ordinis predicatorum: que ad omnes religioſos pertinent.

PRincipale ſtudiū religioſi eſt conari die noctuq; vt anima ſua ſit dño deo coniūcta per orationem: ⁊ contemplationem: cōtinuumq; amorē actualē. Quod quidem nequaq̃ facere poterit: niſi pacem mentis poſſideat: quam poſſidere non poterit: niſi ſe amore omnium creaturarum: ac ſuiipſius penitus ſpoliauerit: veneritq; vſq; ad contemptum: ⁊ odium vite ſue. Que omnia ſi voluerit obtinere: neceſſe eſt cum omni ſollicitudine prius has: quas ſubſcribemus: regulas obſeruare.

¶ Primo ita debet pauptatē diligere in particulari ⁊ in cōmuni: vt ſtatuat firmiter in corde ſuo: nullo modo: ſe velle aliqd poſſidere: nec aliquid ad vſū habere: niſi qđ ei ſummopere neceſſariū fuerit: in tantū: vt odio habeat omnes diuitias magnas: ⁊ paruas: ēt ipſa veſtimēta: ſine quibus honeſte viuere nō poteſt: gaudeatq; de monaſterij pauptate: ⁊ doleat de eius abundantia cum deſiderio: vt pauperrime viuat vſq; ad extremam neceſſitatem qa vere pauper in paupertate gaudeat.

¶ Secundo quantum ad votum caſtitatis: ita debet fugere oēs carnis illecebras: vt non modo ab illicitis: ſed etiam a licitis recreationibus abſtineat: ita vt nunq̃ ex toto relaxet preconceptū rigorem: ſed ſemp ſibi iratus caſtiget rationabili obſequio corpus propriū: oēſq; ſenſus a delectatione cohibeat: nec ſatiſfaciat deſiderijs ſuis: ſed ſemp gaudeat flere: ⁊ lamētari: ⁊ domino decātare verſiculum illū (Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee.)

¶ Tertio ſemper in mente habens domini noſtri Jeſu chriſti ſubiectionem ad matrem ſuam: ⁊ putatiuum patrem ſuum Joſeph: ⁊ obedientiam vſq; ad mortem: mortem autem crucis: ſtudeat cum omni conatu: ⁊ viribus ſuis ſeipſum non ſolum maioribus: ſed etiam equalibus: minoribus: ⁊ omnibus etiam vtiliſſimis ſeruire: ⁊ eis: vt decet ſtatum ſuum: humiliter obedire: ⁊ cum Apoſtolo dicere (cum liber eſſem ex omnibus: omnium me ſeruum feci:) ⁊c.

¶ Quarto ſtudeat ita gubernare linguam ſuam: vt non ſolum illicita non loquatur: non ſolum non ocioſa verba aut riſum mouentia dicat: ſed etiam neceſſaria in longū nō protrahat: loquaturq; ſemper de omnibus cum timore: ⁊ potius deſideret audire: ⁊ doceri q̄ȝ loqui: ⁊ aliū docere: quia in multis offendimus omnes: ⁊ q in verbo nō offendit: hic pfectus eſt vir: ⁊ diabolus in nullo ſubtilius decipit religioſum q̄ȝ per loquacitatem: p quaȝ ſubtrahit eum ab orōne: ⁊ cōtēplatione: a qbus cū fuerit ſubtract⁹: pdit oē robur mētis ſue: ⁊ ita inimicus preualet faciliter ꝯtra eū: ſicut vult: ⁊ vt libet.

¶ Quinto caueat a diſtractionibus: ſeu ab his: que ſolēt animum in ptes diuidere: vt ſunt curioſitates ſenſuum: ⁊ intellectus. Qui.n. volunt multa: ⁊ inutilia videre: ⁊ audire: ſeu intelligere: diuidunt cor ſuum ad multa: ⁊ ita remanēt diſſipati: nec conpuncti. Negocia ergo ꝓximoꝶ ⁊ facta aliena adeo relinquenda ſunt: vt nec velimus minimā eoꝶ ptem intelligere. Negociaq; conuentus officialibus ipſis penitus relinquantur. Quidam zelo quodam indiſcreto: qui non eſt ſecundum conſcientiam volunt omnia intelligere: ⁊ inquietant ſeipſos: impleturq; mēs eorum fantaſijs: indignationibus: murmurationibus: ⁊ nonnunq̄ȝ inuidia: ⁊ ambitione: ac detractione contra prelatos: ⁊ alios confratres ſuos. Si nullū habes officiū

in conuentu gaude:quia pacem magis acqres.Si habes humiliter ea:que ad ipm pertinet:τ ſine querela exequa/ris.Ne deſideres habere aliqđ officiū:ſed ſta in pace:τ li/bentius ſuſcipe officia vilia q̄ʒ honorifica : τ breuiter ab omnibus:que te ab intētione contemplationis diuine τ pacis:quātum poſſibile tibi eſt:ſalua obedientia:τ chari/tate cauere debes : cum omni ſolicitudine : aliter pacem non inuenies.

¶ Sexto debet fugere hoium cōuerſationē:p̄ſertim ſecu lariū:τ diſſolutorum fratrū:potiſſime aūt mulierū:τ con ſanguineoꝝ:τ ſolicitudinem amare:nec vnq̄ʒ in publicū apparere:niſi pro neceſſaria:honeſta:vel vtili cauſa:τ ſem per breuiter ſe expedire.Neminē tñ ꝓpter hoc religioſus iudicet:aut cōtēnat:ſeipſum ſemp decipiēs tanq̄ʒ vilem in oculis ꝓprijs idignuʒ arbitret habitu religiōis:τ alio rum fratrum conuerſatione.

¶ Septimo cum omni:τ ſumma diligentia:τ ſolicitudi ne vacare debet orationi:τ contemplationi:ita vt ſepiſſi/me eleuet mentem ſuam ad deum: τ oret cum breuitate tam in eccleſia q̄ʒ in menſa : tam in domo q̄ʒ in theatro: tam ſedendo q̄ʒ ambulando: τ frequentiſſime dicat ver/ſiculum illum.(Deus in adiutorium meum intende:do/mine ad adiuuandum me feſtina.) Item dicat(Miſe/ricordia tua domine ſubſequetur me:vt inhabitem in do mo domini omnibus diebus vite mee.)Si enim faciens obtinebit mentis quietem:τ adeo coniūget deo:quod ni hil aliud poterit cogitare:nec diligere:τ erit quodā mo/do in hac vita beatus.

¶ Qui ergo ſeruauerit iſtas ſeptē regulas:replebit ſeptē donis ſpūs ſancti:a quo ſpiritu ſancto aīa eius acta guſta/bit ea(que nec oculus vidit:nec auris audiuit:nec in cor hoīs aſcendit:que preparauit deus diligētibus ſe)τ labo/res religionis pro nihilo reputabit :τ vedebit dies pau/

eos pre amoris magnitudine.

¶ Religioſi autem:qui iſta non conſiderant:ſed ambu/
lant ſine conſideratione finis proprij:efficiuntur tepidi:
inquieti:murmuratores:ambitioſi : iracundi : loquaces:
ſenſuales:hiſtriones:⁊ duriores q̄ ſeculares ad peniten/
tiam:niſi deus per ſuam miſericordiam eos reuocet : aut
conſeruet:in alia labuntur precipitia : a qbus nunq̄ po/
ſtea liberatur : qa vt dicit ſanctus Thomas diuinus do/
ctor in ſcd̄a ſecunde.(Religioſi ex malitia peccātes effi/
ciuntur peſſimi:⁊ incorrigibiles.)⁊ ſanctus Auguſtinus
dicit:(ꝙ ſicut nunq̄ expertus eſt meliores q̄ illos:qui in
monaſterio profecerunt:ita nec deteriores q̄ qui in mo/
naſterio defecerunt.)

¶ Conemur igit̄ nos fratres talē bonitatē in monaſte/
rio accipere: vt ſimus meliores hoīes mūdi:⁊ magnā co/
ronā acquiramus in celis:vbi regnat benedictus deus in
ſecula ſeculorum.Amen. Finis.

¶ Oro:vel pſalmus venerabilis prīs fratris Hierony/
mi:de Ferraria:ordinis p̄dicatorum ſancti Dominici.

DIligam te domine fortitudo mea.
Diligam te dn̄e:virtus anime mee.
Diligam te ſemper ineffabilis exultatio mea.
Viuit iam non mihi:ſed tibi tota vita mea.
Vita inquam:q̄ perijt in magna miſericordia mea.
Vita que ſuſcitata eſt in magna miſericordia tua.
Niſi enim quia iuuiſti me:paulominus habitaſſet in in/
ferno anima mea.
De portis mortis exaltaſti me:vt annūciem omnes lau/
dationes tuas.
Gratias tibi deus meus:quia liberaſti me.
Gratias tibi lux mea:quoniam illuminaſti me.

Oratio deuotiſſima

Gratias tibi amor cordis mei: qm̄ vulneraſti me.
Sero te timui: maieſtas infinita.
Sero te cognoui: pulchritudo tam antiqua.
Sero te amaui: bonitas eterna.
Querebam te quies mea: ⁊ non inueniebam.
Non inueniebam te: eo ꝙ male querebam.
Querebā te p exteriora: ⁊ tu in interioribus habitas.
Luſtrabam vicos: ⁊ plateas: ⁊ regem non inueniebam.
Querebam foris: quod intra me erat.
Longe te eſſe putabam: ⁊ tu prope: ⁊ intus eras.
Eram longe a te: ⁊ tu prope mihi eras.
Dixiſti mihi: ⁊ audiuit anima mea.
Quare intus: ⁊ inuenies bonum tuum.
At ego miſer foris: querebam deum meum.
Interrogaui terram: ſi eſſet deus meus.
Interogaui inquam: ⁊ reſpondit mihi.
Quere ſuper me: non ſum ego deus tuus.
Interrogaui mare: ⁊ reſpondit mihi.
Fallitur talis: non ſum ego deus tuus.
Interrogaui aerem: ⁊ reſpondit mihi.
Aſcende ſuperius: non ſum ego deus tuus.
Interrogaui ignem: ⁊ reſpondit mihi.
Aſſume tibi penas: non ſum ego deus tuus.
Interrogaui celum ſolem lunā: ⁊ ſtellas: ⁊ rn̄derūt mihi.
Exaltare ſuper nos: non ſumus deus tuus.
Interrogaui angelos: ⁊ reſponderunt mihi.
Accede ad cor altum: non ſumus deus tuus.
Interrogaui vniuerſas creaturas: ⁊ reſponderunt mihi.
Reſponderunt inquā mihi voce grandi: ⁊ forti.
Qui nos ex nihilo fecit: ipſe eſt deus tuus.
Ubi eſt deus meus: reſpondete mihi?
Ubi queram illum: docete me obſecro.
Ubiq3 eſt deus tuus: quere in corde tuo.

Celum ꝛ terram implet:implet ꝛ coꝛ tuum.
Et conuerſus ad coꝛ meum aio ad deum meum.
Quomodo huc intraſti:domine deus meus.
Per quam poꝛtam veniſti:dulcis amoꝛ meus.
Oculos interrogaui:ꝛ reſponderunt mihi.
Si coloꝛatus non fuit:per nos non introiuit.
Aures excitaui:ꝛ reſponderunt mihi.
Si ſonitum non fecit:per nos introiuit.
Nares pulſaui:ꝛ reſponderunt mihi.
Si non redoluit:per nos non introiuit.
Guſtum tetigi:ꝛ reſpondit mihi.
Si non ſapuit:per me non introiuit.
Tactum adiuraui:ꝛ reſpondit mihi.
Si coꝛpulentus non fuit:per me non introiuit.
Intus ergo eras:ꝛ ſenſus hoc neſciebant.
In aiam intraſti:ꝛ per coꝛpoꝛeos ſenſus non intraſti.
Lux enim tua lucet:vbi locus non capit.
Vox tua ſonat:vbi tempus non rapit.
Odoꝛ tuus redolet:vbi flatus non ſpirat.
Sapoꝛ tuus ſapit:vbi non eſt edacitas.
Amplexus tuus tangit:vbi non diuellitur.
Quid ergo eſt deus meus:quid tu amoꝛ meus.
Interrogaui eum:ꝛ reſpondit mihi.
Accedet homo ad coꝛ altum:ꝛ exaltabitur deus.
Vere tu es deus magnus:qui vincis ſcientiam noſtram.
Tu ſolus es potens:ꝛ veriſſime beatus.
Tu rex regum:ꝛ dominus dominantium.
Tu ſolus habes immoꝛtalitatē:ꝛ lucē inacceſſibilem.
Quam nullus hominum vidit:nec videre poteſt.
Multa de te dicimus:ſed deficimus verbis.
Maioꝛes enim omnium coꝛde:ꝛ omni laude.
Tu es deus viuus:in trinitate gaudens.
Deus pater:deus filius:deus ſpiritus ſanctus.

Tres quidem perſone:non tamen tres eſſentie.
Unus deus ac dominus:non tres dij:aut domini.
Hic eſt deus meus:qui bonorum meorum non indiget.
Qui propter ſuam bonitatem vniuerſa hec creauit.
Nulla re indiget:et omnia portat:ac gubernat.
Et propter nos homines ſeipſum exinaniuit.
Factus eſt homo:et pro hominibus crucifixus.
A mortuis reſurrexit:et ſuper omnes celos aſcendit.
Ut nobis prepararet immortalitatis locum.
Inde venturus eſt iudicare viuos:et mortuos.
Cuius regni nō erit finis:et cū ipſo regnabimus i ſecula ſempiterna
Ubi.n.caro mea regnat regnare me credo.
Si proprio filio:pro omnibus non pepercit.
Credimus:quod cum illa omnia nobis donauit.
O ineſtimabilis dilectio charitatis.
Ut ſeruum redimeres filium tradidiſti.
Dilexiſti me valde:vnice amor meus.
Dilexiſti me priuſquam diligerem te.
Ad imaginem tuam:tu creaſti me.
Omnibus creaturis tuis prepoſuiſti me.
Angelos tuos ſpiritus:feciſti propter me.
Mandaſtique eis:vt cuſtodiant me.
Ne forte offendam:ad lapidem pedum meum.
Intra infideles:non feciſti me.
In ſpiritu et aqua:baptizaſti me.
Diuitias et paupertatem:non dediſti mihi.
Intellectum et ſapientiam:docuiſti me.
Et quando errabam:vocabas me.
Pulſabas ad oſtium:et non aperiebam tibi.
Operabar in virtute mea:que tamē virtus non erat.
Currere volebam:et deficiebam.
Ibi magis cecidi:vbi me magis ſtare credidi.
Factus ſum vilis tanquam vas perditum.

Elongaui fugiens:in regionem longinquam.
Uanitatem dilexiſti:z vanus factus ſum.
Cecus eram:cecitatem amabam.
Seruus eram:ſeruitutem deſiderabam
Uinctus eram:vincula non horrebam.
Amarum dulce:z dulce amarum credebam.
Miſer eram:nec cognoſcebam.
Ego peccaui:tu me viſitaſti.
Ego cecidi:tu me erexiſti.
Ego ignoraui:tu me docuiſti.
Ego non vidi:tu me illuminaſti.
Abieram in peccatis:venundatus eram.
Ueniſti ad me:vt redimeres me.
Et tm̄ me dilexiſti:vt ſanguinem tuū p̄ciū ꝑ me dares.
Dilexiſti me pluſq̄ꝫ te:qui mori voluiſti pro me.
Tali pacto:tam caro precio:reduxiſti me de exilio.
Redemiſti me:de ſupplicio.
Uocaſti me nomine tuo.
Signaſti me:ſanguine tuo.
Ut memoriale tuum eſſet apud me.
Et nunq̄ꝫ recederē a corde:q ꝑ me non receſſit a cruce.
Cognoſcam ergo te:cognitor meus.
Cognoſcam te:virtus anime mee.
Oſtende te mihi:conſolator meus.
Uideam te:lumen oculorum meorum.
Ueni ad me:gaudium ſpiritus mei.
Uideam te:letitia cordis mei.
Quiſquis enim cognoſcit te:diligit te.
Obliuiſcitur ſe:amat te pluſq̄ꝫ ſe.
Relinquit ſe:vt veniat ad te.
Expelle ergo domine:tenebras mentis mee.
Ut memoria mea:te recolendo gaudeat.
Oculus meus:te viuendo iubilet.

Anima mea:te diligendo ardeat.
Bonum eſt enim mihi:adherere deo meo.
Pone in ſalutari meo:tam ſpem meam.
Cū enim tibi non adhereo:in tranſitorijs aio diffundoꝛ.
Cogitatione verſoꝛ:locutione implicoꝛ.
Miſer igitur ego:miſer inquam ego.
Quando tibi tantum adherebo:vt non peccem tibi.
Quādo poterit mea obliquitas:tue rectitudini adeq̄ri.
Tu domine diligis ſolitudinem:ego multitudinem.
Tu ſilentium:ego clamoꝛem.
Tu veritatem:ego vanitatem.
Tu mundiciam:ego immundiciam.
Per temetipſum itaq3:domine te rogo.
Illumina oculos meos:vulnera coꝛ meū charitate tua.
Perfice greſſus meos:in ſemitis tuis
Ut non moueantur veſtigia mea.
Libera captiuum:collige diſperſum.
Reintegra ſciſſum:errige lapſum.
Da mihi coꝛ:quod te cogitet.
Da mihi mentem:que te recuſat.
Da intellectum:qui te intelligat.
Da rationem:que tibi faciliter adhereat.
Da mihi animam:que te diligat.
Da voluntatem:que nunc a te recedat.
Pꝛope eſto mihi in animo pꝛope in oꝛe.
Pꝛope in opere:pꝛope in auxilio.
Pꝛope eſto mihi:quia amoꝛe langueo.
Pꝛo eſto mihi:quia ſine te moꝛioꝛ.
Pꝛope eſto mihi:quia te recolens ſiſcitoꝛ.
Odoꝛ enim tuus:me recreat.
Memoꝛia tua:me ſanat.
Lux tua dulcis:me viuificat.
Uox tua ſuauis:me delectat.

Sed tunc ſatiabor:cum apparuerit gloria tua.
Tibi ergo dixit cor meum:tibi inquam anima mea.
Queſiui vultum tuum:vultum tuum dñe requiram.
Nec auertas faciem tuam a me.
Ne declines in ira a ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto ne derelinquas me:neqꝫ deſpicias me
deus ſalutaris meus.
Quoniã pater meus ⁊ mater mea dereliquerunt me.
Deus autem miſericorditer:aſſumpſit me.
Legem pone mihi in via tua.
Et dirige in ſemitam rectam:propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas:tribulantium me.
Quoniam inſurrexerunt in me:teſtes iniqui.
Et mentita eſt:iniquitas ſibi.
Credo videre bona domini in terra viuentium.
ideo cantabo domino:in vita mea.
Pſallam deo meo:qui diu fuero.
Jocundum ſit ei eloquium meum : ego vero delectabor
in domino.Amen.

Finis.

Regiſtrum.

A B C D E F.

Omnia ſunt quaterna.

Quinterni.I. char.I.

F V M

❡ Finiūt expoſitiones Reuerēdi Patris Fratris Hie/
ronymi Sauonarole ſup pſalmum (Qui regis iſrael.)
Super pſalmū (Miſerere mei deus.) Sup pſalmū
(In te dn̄e ſperaui.) Sup pſalmū (Diligā te dn̄e)
Et quedā regule valde vtiles ad omnes re/
ligioſos. Nouiſſime cū textuum an/
notationibus diligenter recognite.
Venetijs vero p Franciſcuz
de bindonis accuratiſſime
ipreſſe. Anno dn̄i. 1524.
Die. 24. mēſis martij.

